

Cat. 29

30

Orationes Philippi Beroaldi uiri q̄clarif-
simi Bononiæ litteras bonas docentis.

Io. Ba. Ascensus bonarum litterarum studiosus. Laurētio Burello diuinæ scientiæ doctori uenerādo: ac Carmœlita-
ni ordinis præcipuo facile præsidio atq; ornamento: totiusq;
litteraturæ delitiis salutem dicit.

q Vo magis magisq; Laurēti pater dulce decus no-
strū: cādida tua facinora aīo complector: eo mi-
hi uita tua religiosius obseruanda uidetur. Quic-
quid enim tui rerūq; tuarū est: raram quādā mo-
destissimi instituti significationē habet. Nā/ut taceā quāto
ingenii splendore ineuntē ætatē decorasti: qui nō fortunæ
strepitu elatus: nō diuitum largitionibus obnoxius: sed ut
ingenuū animū decebat: tuis artibus/ tuæq; pulcherrimæ i-
dolis industria fretus: ad sūmū sacrae theologiæ decus eua-
listi. Neq; uero aut tanta rerū dexteritate ignauior: aut tāta
dignitatis gloria superbior effectus es: sed feruenti sudore:
uineā illā christianā: optima quidē opera excoluisti. Siqui-
dem (ne multis moliar) quæ nā totius galliæ usq; particu-
la quæ non natiuis cultisq; tuis eloquiis: tuis candidis mo-
ribus: tuaq; ciuili & planē humana uita honestata eniteat?
Verū enī uero tametsi in eo successu multi p dignitate ho-
nores oblatis sunt: tamen ne cœptā diuinæ cōtionis prouin-
ciam desereres: bidentē & sarcula illis prætulisti: declama-
torū multo omnium optimus. Illud uero magis admiror: q;
sub tantis æstiuī solis ardoribus: quadragesimali cōtinuata
declamatione fatigatus: imo si fieri posset defatigatus: pro
religionis tuæ cōmoditatibus: tam lubenti animo his die-
bus romam pfectus es. scilicet qui rempu. & quā deo desti-
nasti obedientiā longe tua uita pluris faceres. At neq; in ea
itinerū fatigatione imparē labori gloriā consecutus es. Ne
mo etenī mediūssidius uerbis exprimat: quāta obseruantia
romana curia aduentantē excepit. orantē audiuit. & docen-
tem argumētantēq; mirata est: sed quid istic noui? quando
ut iquit Valerius. Magno ubiq; precio uirtus æstimatur. Il-
lud uero si iusta lance pensitauerimus stupēdi rationē uice-
rit. q; eis auctus honoribus: reditū faciens: ab instituto tuo
nusq; aberrasti: uerū semper cōmuni cōmoditati cōsulēdo:
omnia secretiora italica ut optima quæq; dicēdi uiuendiq;
præcepta nobis afferas penetraisti. quo factū est: ut gallica

inuentus desiderata olim iam pluscula uolumina: tuo auspica-
tu lectitare possit. atque (ut alia omittam) quo nihil acceptius
dei superi nobis dimiserint frequens opus concarnæ tuæ
Baptistæ mantuanæ a mantuano illo homero facile secundi
nobis transportasti: Ad hoc quibus nihil disertius nihilque uti-
lius in terris æstimo: Philippi Beroaldi uiri quæ clarissimi ora-
tiones nobis adduxisti: quas nunc tanto quidem desiderio
perlegimus: quanto olim ipsum docentem Bononiæ paucos
quidem dies audiimus. Mira me hercules uis elegantiarum:
mira sententiarum grauitas: mira uarietatum iucunditas: mirum
doctrinæ pondus. imensum denique utilitatis emolumentum
in ipsis conspicitur. Nam tametsi pro maiestate dicendi: pri-
mam oratoris gloriam Cicero nimirum sibi uedicet: si tamen ad te pe-
statem nostram respexeris: neque Tullii orationes: neque laudatissi-
mas Liuii contiones: Beroaldinis (ut ipse inquit pro sua mo-
destia) orationibus: prætuleris. Nam licet olim dum latina
lingua uigeret: operæ præcium erat etiam uulgi animos doctis
contionibus demulcere atque dirigere: nunc tamen quando
a nemine intelligatur: uel Cicero nequicquam ad plebem ora-
uerit. Sunt tamen ubique gentium scholasticorum gymna-
sia: sunt canonicorum conuenticula: sunt doctissimorum
uirorum coetus: ad quos quæ de qualibet scientia & uirtute
dicas ex Beroaldo nostro excerpere licet. Vbi itaque tam ube-
res lucubrationes relegerem. iniuriarum mihi ipse reus fo-
re uidebar: si tanta dona unus secundum te possiderem. Duxi
igitur mearum partium esse impressioni mandarem. ut tua
beneficentia de omnibus æque ac de me mereret. Cæterum
cum plurimos imprimendi characteras ineptiores censerem
quam quibus tam conditum opus crederemus. Multosque aut in-
scitia aut uecordia imprimendum libros deprauatos men-
dososque uiderem: paulisper ab incepto moratus sum: Dum
egregiam candidamque Iohannis Trechsel alamani huius-
modi artis peritissimi famam: omnium testimonio lauda-
tam intelligerem: sciremque ipsum italicam litteram paratam
habere: qua tersius castigatiusque opus hoc imprimi posset.
Tradidimus igitur te suffragante Beroaldina eloquia rur-
sus imprimenda: que propediem tui auspicii dexteritate in
omnes galliæ extremitates transfundentur. Quo quidem he

neficio omnes mortales tuæ paternitati obnoxios feceris.
Statui tamen ne qui imemores sint hoc carmine ineptulo
lectores admonitos habere. Vale honos noster Lugduni
ad. vii. kalendas Augusti. Anno. M. cccc. xcii.

Io. Ba. Ascensus Lectoribus salutem dicit.

P Alladiæ mentes: melior pars ætheris alti
Aspicite hec oculis aurea dona bonis.
Non etenim legitis mediocri parta labore
Pro quibus egregii tanta tulere uiri.
Sæpe quidem uiuos Beroaldus roserat ungues
Quam potuit numeris hæc sociare suis.
Sæpe liquet græcos uoluisse & sæpe latinos
E quibus excerpfit tot bona uerba libros.
Nil siquidem diui: nil inuenere camœnæ
Quod non dicendi laudibus æquiparet.
Attibi Laurenti Burelle: decus probitatis
Non poterit laudum gallia ferre satis.
Tu siquidem assiduis horrentes imbribus alpes
Et solem hæc referens passus es æstiferum
Proinde tuis multos meritis debenus honores
Gallica qui latio scepra lepore beas.
Nec minus est merita donandus laude Iohannes
Trechsel: qui ære suo multiplicauit opus.
Gratis ergo animis iuuenes properate senesq;
Discite ab italico uerba latina uiro.

Philippus Beroaldus Martino Boemo discipulo suo.

Collegi nuper oratiūculas nonnullas uariis a me
tēporibus & argumentis concinatas. easq; te im-
pulsore tradidi impressoribus imprimendas: quæ
fortassis tutius intra chartaceam meam supelle-
ctilem delituisse sicuti prius situ puluere ob-
rutæ delitescebāt. Sed mos gerendus fuit tibi id a me peti-
tionibus prope quotidianis efflagitanti: quem mei nomi-
nis amantissimū meaq; (quātulacūq; est) eruditionis stu-
diosissimū cognoui. Et sane tu unus in primis id facis quod
faciendum doctissimi scriptores præceperūt: Vt præcepto
rem non minus q̄ ipsa studia ames: eumq; ad patris uicem
colas: qui & ipse animorum parens merito nuncupari po-
test. Nam sicuti parentes filiorū corpora effigiant. Ita præ-
ceptor discipulorum mentes format. quæ res tanto præci-
osior uideri solet quanto homo interior homine est exte-
riore præstantior. Tu uero perge quo cepisti mi Martine
inter scholasticos transmontanos probatissime: & litterarū
studiis prout facis uigilanter incumbere. Enim uero suauissi-
mi tui mores. Ingenii specimen. Naturæ docilitas & auidi-
tas inexhausta discendi spondent talem te futurum: ut quan-
docūq; in patriam repedare destinaueris domuitionemq;
capeffere: possis tecum cum cultu nitoreq; italicorum ge-
nuino opulentiam quoq; litterarum in Boemiam reporta-
re. Hic aut libellus ut opinor neq; tibi neq; tui similibus for-
descet propter rerum quas continet non iniucundam uari-
etatem. Vale & dilige doctorem.

Philippi Beroaldi Bononiensis oratio habita in enar/
ratione Georgici carminis atq; trāquilli: qua laus rei
rusticæ continetur.

Rudentis litterarum professoris officium est
uiri præstātissimi uerba rebus quas tractatu/
rus est accōmodare & orōnem illis applicare
scriptoribus quos est enarraturus. Vt scilicet
p talis sit prima oratio qualis est rerū explican/
darū futura materia. Et quēadmodū ille ine/
ptus dicitur esse precator qui aquā a libero ui/
num precatur a nymphis: ita præposterus ille uideri potest
enarrator: q̄ in principio suarū enarrationū uagatur extra p/
positū. & dū amphorā facere debet urceū format. Nec im/
merito uetus ille uituperatur orator q̄ cū diserte diceret & uo/
lubilitate uerborū raperet causam omnino nō tāgebatur: un/
de prudēs auditor & iudex bñ inquit & bene. sed quorsum
istud tuū tā bñ? Nos igit̄ ne ab officio boni p̄fessoris disce/
deremus ea hodierno die dicere instituiimus quæ agricola/
tionis Virgilio & historiæ scriptori trāquillo sint accōmo/
data. Quæ dū a nobis explicantur: uos oīs q̄so ut benigne at/
tēteq; audiat̄: Nec inuiti sex quihorā officio lītorio īpar/
tiatis: Ea enī ut speramus audietis quæ uoluptati uobis sit
audiuisse. Et utilitati meminisse. Vitæ hominū traditæ sunt
duæ. Rustica & Urbana. Quæ quēadmodū loco distinctæ
sunt: ita tēporis īteruallo separatae. Lōge enī antiq̄or rusti/
ca ē. Cū rura diu añ urbes inuēt̄as hoīes coluerit: & imēso
annorū numero agricolæ urbanis añcellūt. nec mirū. Cū di/
uina natura dederit agros ars humana ædificauerit urbes:
Ipsam uero rusticā uitā eruditissimi bifariā diuiserūt uide/
licet in pastoriciā & agriculturā. Alia enī sciētia coloni est.
Alia pastoris. neq; idem sunt pastio & agricolatio. Quæ ab
exiguis p̄fecta primordiis ad id dignitatis p̄cessit ut rustici
urbanis præponerēt̄ur: Vt apud ueteres romanos rusticæ
tribus laudatissimæ iudicarentur: Urbanæ uero ignomini/
osæ. Et apud antiquos græcos illustrissimus quisq; pastor
erat ex quo alios græco uocabulo polyarnas alios polyme/
las alios polybutas uocitarūt. a multitudīe uidelicet agnorū

ouis ac boum. Romani cum uirum bonum laudabant eum bonum agricolam bonumque colonum appellabant. Amplissime enim laudari existimabant qui ita laudabant. In tanto denique honore tantaque aestimatione apud priscos fuit rusticatio ut imperatores romanos non puderet manibus triumphalibus colere agros: Tractare femina: Disponere arbuta: & eadem diligentia metiri arua qua castra & eadem cura exercere ligones & farcula qua gladios & pila: Ipsi proceres urbis in agris morabantur. Et ut inquit elegiarum scriptor
Centum illi in prato saepe senatus erat.
& cum consilium publicum desiderabant a uillis accersebantur in senatum ex quo uiatoribus nomen est inditum senatores ducesque in urbem accersentibus. Arati Cincinato uiator attulit dictaturam. Serranum inuenere ferentem oblatis honores. Portius Cato ille Censorius & omnium bonarum artium magister agri colendi studiosissimus fuit & uillaticis uoluptatibus in primis oblectabatur. Inter externos quoque Abdolomino agrum colenti regnum Tyriorum ultro traditum est & ultro oblata sunt regiae maiestatis insignia. Praeterea nobilissimarum familiarum non aliunde cognomina sunt quam a rebus rusticis. Nam Fabii. Letuli. Cicerones a leguminibus quae quisque optime seerebat cognominati sunt: Pisones a pinsendo nuncupati. Multa quoque nomina habemus ueterum Romanorum partim a maiore partim a minore pecore deducta. Nam iunios bubulcos Statilios tauros. Porponios uitulos cognouerunt. Et porcii Catones: & annii caprae inde dicuntur. Quinetiam Italiani nuncupationem traxisse a uitulis quos graeci antiqui Italos uocabant: Et Romanorum populum a pastoribus esse ortum nemo non nouit. huc adde quod ex agricolis gignuntur milites strenuissimi: & optimi Tyrones ex robusta rusticorum iuuentute deligebantur. Firmiora etenim salubrioraque sunt corpora eorum qui sub dio artus roborant forisque uersant quam qui in urbibus intra conseptra umbrosa desides constantur. Et hinc me Hercules est quod graeci Romanique Templum Esculapio medicinae deo extra urbes aedificabant. Quia uidelicet credebant fidelius constantiusque illos ualituros qui in agris quam qui in ciuitatibus habitarent. hinc illa ueterum romanorum mascula proles agrestibus operibus exercitata & sub dialibus durata laboribus

bellicos tumultus martialisq; exercitationes facile sustinuit
& aduersus hesternos hostes semp uictrix semp inuicta sur/
rexit. Enimvero tempora illi ita partiebantur Vt nonis tm̄
diebus res urbanas reuiscarent reliquis septē diebus res ru/
sticas exercerent. Vnde & nōdinarum conuētus constituti.
Præterea cū mercatorū quæstus sit periculosus & calamito/
sus cum fœneratorum inhonestus & dedecorofus Cū opifi/
cum sordidus & illiberalis: Sola est agricultura ex qua quæ/
stus stabilissimus honestissimusq; cōsequit̄ minimeq; inui/
diosus: Quā Aristoteles in œconomico potissimam secun/
dum naturā possessionū esse cōmemorat. in qua Caronis
oraculū uitē questuosissimā iudicauit. scrophauero pratis
primatum bonitatis dedit: a quo antiqui prata parata no/
minauerūt. Hinc locupletes appellati loci hoc est agri ple/
ni. Et ipsa pecunia ipsumq; peculiū a pecore nomen sortiū/
tur quod in rusticatione quæstuosissimū est. Quod unū di/
uitiarū genus apud ueteres usurpabat̄. Extant tñ auctores
inclytissimi qui autumāt pecuniā a nota pecudis esse appel/
latā: qua signatus fuit ex ære nummus a Seruio Tullio rege
romanorū. Theseū quoq; apud græcos memoriæ pditum
est signasse nūmum bouis nota ut ita ad agricolationē atti/
cos puocaret. Vnde hecatonboon quod est cētum nūmo/
rū: & decaboon quod est decē appellant ab eo nūmo ī quo
effigies bouis erat insculpta. Quinetiam luculentissimi scri/
ptores fortunatiorem beatioremq; rusticorum uitam q̄ ur/
bicum esse dixerūt. Et olim Delphicus Apollo Aglaum
prophodum dixit esse fœlicissimum Qui paruum quidem
prædiolum colebat sed annuis uictibus large sufficiens. Ex
quo nunq̄ egressus ferebatur. Et Dioclecianus imperator
imperio imperatoriaq; purpura depositis festinabundus se
contulit ad Tranquillitatem rei rusticæ quietissimam. Illic
q; in ocio beatissimo consenuit. Et Attalus Rex omīssa re/
gni administratione hortos fodere cepit & gramina semi/
nare. Vnde non minus uere q̄ eleganter scripsit Mantua/
nus Homerus.

O fortunatos nimium sua si bona norint.

Agricolas. Quibus ipsa procul discordibus armis.

Fundit humo uictum facilem iustissima tellus.

Idem secundū litteratam uitā qua nihil est excellentius ni-
hilq; amabilius: Exoptat uitā rusticā scribēs facūdissime.
Rura mihi & rigui placeant in uallibus amnes.

Flumina amem siluasq; inglorius:

Et ab Oratio decentissime dictum est.

Beatus ille qui procul negociis.

Vt prisca gens mortalium.

Paterna rura bobus exercet suis.

Solutus oī fœnore Lucretius quoq; de uita rustica loqns ait
Tum loca tum sermo tum dulces esse cachinni.

Consuerant. Agrestis enim tū musa uigebat. Et ab eodem
ocia agricolarum dia hoc est generosa nuncupantur. Meri-
to igitur de agricultura. tam honorata tam laudata. tāq; fru-
gifera non solum priuati scriptores præcepta tradiderunt:
Verum etiam reges operæ precium se facturos existimarūt
si de re rustica libros cōdidissent. Nec talē scriptitandi pro-
uinciam maiestati regiæ indecoram esse crediderunt. Si-
quidem Hierony. Attalus philometor: Et Archelaus Re-
ges. Xenophon & mago duces de rusticis rebus diligentis-
sime perscripserunt. Complures uero minori fortuna: non
mīori cura apud græcos negociū istud scriptis prodiderūt
Apud Latinos autem. M. Cato. qui dictus est optimus ora-
tor. optimus Senator. optimus Imperator Agricolatio-
nem Ciuitate romana donauit: & eam loqui latine primus
instituit. Cuius liber extat eruditissime conscriptus et pro-
pter uetustatem adorandus. post hūc duo Salsernæ pater
et filius. deinde Tremellius scropha. Corne. Celsus Iulius
Atticus. Iulius græcinus Iulius hyginus. & gargilius Mar-
tialis hanc materiam prosequuti sunt. Quorum uolumina.
Calamitate temporum et incuria mortalium deperdita de-
siderantur. Ex his uero qui leguntur Terentius Varro rem
rusticam expoliuit. Plynius compositissima breuitate uenu-
stauit. Paladius decentissimo ordine distinxit. Columella
autem tāq; rusticationis parens eam diligentius erudiuit: &
totū disciplinæ corpus luculētis uoluminibus cōplexus est.
Sed nos maxie oīum Virgiliū Maronē Veneremur. Qui
quasi canō fuit posterioribus scriptoribus agriculturæ præ-
cepta petentibus ab eo uelut a lege quadam. Quo uno Co-

lumella præcipue est usus archetypo: qui Carmine rem rusticam fecit eloquentem. Eamque unus omnium maxime illustravit. qui tanto maior est hesiodo ascreo in hoc scribendi genere apud grecos præstantissimo: quanto Mantua maior est ascrea. Laudationibus Maronis in præsentia superdebimus cum illius tanta sit gloria ut nullius laude crescat. nullius vituperatione minuatur. Hoc unum obiter dixisse contenti sumus Virgilium tantum inter latinos poetas omnes excellere quantum inter minores stellas luna splendescit. Cui non fauor principum nomen conciliauit. Sed ingenium diuinum eximiaque uirtutes fauorem principum & populi comparauerunt. Qui hoc solus affectus est: ut appellatione poetæ Virgilius apud latinos intelligatur. Sicuti apud grecos Homerus sicut nuncupatione urbis rome significatur. Est enim poeta haud dubie incomparabilis & quem ceteri omnes longo intervallo subsequantur. ut uerissimè scripsit Quintilianus: & olim populus romanus auditis in theatro Virgilii uersibus surrexit uniuersus. & præsentem spectantemque poetam tamquam alterum augustum est ueneratus. Hic est ille quem omnes scriptores certatim extollunt. De quo Alcinius poetasticè scribit De numero Vatum si quis seponat homerum.

Proximus a primo tum Maro primus erit.

Et si post primum Maro seponatur homerum.

Longe erit a primo quisque secundus erit. Hunc etiam duo in lingua uernacula excellentissimi poetæ Franciscus petrarca. & Dantes florètinus summis laudibus decorarunt. Consensus eruditorum est nullum latinorum poetarum. P. Virgilio esse comparandum nedum æquiparandum. Qui a lactatio nostrorum primus. a Seneca Vates maximus: ab Augustino poetarum omnium præclarissimus & optimus appellatur. Quem Alexander romanus impator platonem poetarum nuncupabat. Enarrabimus itaque consultißimum rei rusticæ illustratorem. Et diis bene iuuantibus Virgiliana georgica auspicabimur. In quibus tam emunctus tam eloquens tam eruditus est: tam denique absolutus consummatissimisque. Ut non pauci ingenio doctrinaque præstantes: Georgicum cum Maronis carmine æneidi illi diuinæ anponere non uereant. Ego uero ut hoc diiudicare non ausim: ita illud affirmare non dubitem in georgicis Maronianis tantam esse rerum uerborumque

copiam: tantā multiformis doctrinæ cognitionem: quan-
tam in paucissimis scriptoribus nouisse meminerim. Enar-
ratio huius poematis cōplectet enarrationē columelæ. Ca-
tonis. Varronis. atq; palladii. multa quoq; plinianæ erudi-
tionis cū Virgiliano carmine enodabimus: quæ pphaniū uul-
gus ignorat. Eidē etiā lectiōi multa iuriscōsultorū accōmo-
dabimus. apud quos tituli sunt rerū rusticarū ut de fūdo in-
structo. de seruitutibus prædiorū: fūniū regendorū: de aqua
quotidianā & æstiuā: de fonte de riuis: & multa id genus.
interlegendū obseruabimus: q̄ curiosi lectores georgicorū
fuerint diuus Augustinus diuisq; Hiero. q̄ sepiuscule istius
poematis citāt testimoniū. & in primis hieronymus in epi-
stola ad rusticū monachū Versus illos decēter usurpat: Ec-
ce supcilio cliuosi tramitis undā elicit: quorū pulcherrimorū
uersū Spectatores eē admonemur in decretis. Di. nouissi-
ma de cōsecratiōe. Lectiōi maronianæ copulata erit lectio
suetonii trāquilli scriptoris cādidiſſimi Cui consensu erudi-
torū dat palma ī uitis impatorū scriptitandis. Et quē admo-
dū Virgiliū rei rusticæ scriptores exēplar habēt: Ita Sueto-
niū tāq; ducē posterī sequi sūt ī hoc genere scribēdi. Vnde
Iulius capitolinus p̄fiteſ se illo mō & ordine scribere uelle
de impatoribus quo Suetonius trāquillus scriptitauit. Et di-
uus hieronymus scriptorū ecclesiasticorū Catalogū texens
ducem sequit trāquillū. & eius uolumē de grāmaticis & re-
thoribus uenustissime conscriptū habet Archetypon. Idē a
flauio uopisco scriptor emendatissimus & cādidiſſimus ap-
pellatur. cui dicit familiare fuisse amare breuitatē. Frit ope-
ræ precīū ī trāquillo tāq; ī lucidissimo speculo cōtēplari qui
mores quæ studia fuerit uiroꝝ maximorū: Quorū cognita
uita snīam illā platonis uerissimā eē cōprobabit. præclara ī
genia: quē admodū uirtutes maximas ita uitia quoq; maxi-
ma p̄ducere solere. & quod nos q̄rimur id maiores n̄ros q̄-
stos eē: uidelicet illo prisco seculo euersos fuisse bonos mo-
res: regnasse nequiciā. & ex impatoribus plures extitisse fla-
giciis maculosos q̄ uirtutibus decoratos. oīs historiæ iucun-
da cognitio est & ferme omnes historyci fauorabiles: fed-
tāto fauorabiliore illi cēsēdi sunt: quāto dignioribus sūt
accōmodati. principibus autē accōmodissimi sunt libri de

uita & moribus principū cōcinnati Qualis ē Suetonius. Vnde capiant exēpla quæ imitent: Et quæ uitanda sunt: uitare cōdiscant. Hinc est q̄ demetrius phalereus Ptolomeum regem monere solebat ut libros de imperio regnoq; cōpositos lectitaret. in illis enī scripta documenta contineri: quæ amici monere non audeant. Et Scipio africanus laudat q̄ pædiam Cyri a Xenophonte elegāter magis q̄ fideliter scriptam nunq̄ dimittebat e manibus. Quā Cicero cum imperator esset totā legendo cōtriuit. hoc duces. hoc principes maxime decet. hoc a summatis uiris fieri debet in legendo trāquillo quod Africanus quod Cicero in Xenophōte factitarunt. Nos uero faciamus id quod Cyprianus: q̄ absq; Tertulliani lectione nullam diem præterire pmisit: qui crebro dicere solebat. Da magistrum uidelicet Tertullianū significans. Nullū nos quoq; diē sine trāquilli lectione prætereamus. Et sicut Archelilas anteq̄ iret dormitū & mane cum surgeret ibat ad Homerū lectitandū dicens se pergere ad Amasium: ita nos & matutino & uespertino tēpore ad trāquilli lectionē p̄inde ac dulcis amasii accedamus. & in eo ueterum imperatorū uitam mores gesta cōtemplemur. ne pueri semp esse iudicemur. Nanq; nescire quid anteq̄ natus sis acciderit id est semp esse puerum. Erit mediussidius Trāquilli lectio plena iucunditatis: plenaq; eruditionis. sed eruditionis neq; p̄trita neq; triuialis in qua homines alioquin eruditi allucinātur. Quæ recōdita est & clausa ī litterarum interiore sacrario. In cuius uestibulo hærent homines male litterati. Sed quid ego tā multa de Virgilio Trāquilloq; cōmemoro. quorū eruditio eruditissima: & facundia facundissima per se patet & manifestaria est. Ego uero omni studio oīq; diligentia elaborabo & oībus uiribus neruisq; contendā. Implicita explicare. nodosa enodare. & abstrusa recludere. In summa pro uirili parte cōnitar: ut nulli auditorū enarrationes nostræ sint futuræ infructuosæ: ut nullus gymnasii nr̄i cultor assiduus merito dicere possit se operā & ip̄sam sub magistro p̄nitēdo pdidisse. Sed iā tēpus est canere receptui. Et uela oīonis meditata cōplicare: Ut deiceps ex tēporalis eloquutio orā soluat. & p̄æquor patētissimum minime cūctabunda discurrat. Cuius merces incompositæ

non minus futuræ sint frugiferæ atq; iucundæ : q̄ orationis
compositissimæ fuerunt. Vos queso ut quemadmodum i
quæ diximus attente audiuiſtis . Ita quæ dicturi sumus attē
te audire uelitis. Dixi

Philippi Beroaldi oratio habita in principio enar/
rationis propertii continens laudes amoris.

Socrates ille fons philosophorū Viri clariffi/
mi: Cuius luculentis dissertationibus libri Pla
tonis sunt refertiffimi : quadam olim oratio/
ne amorem uituperaturus ob uerecundiam
pallio caput operuit. Idem mox eiusdem lau/
dationem per palinodiam hoc est contrarium cantum ce/
lebraturus id aperto atq; reuelato capite factitauit. Nos
quoq; i presentiarum amorem laudaturi socratis exemplo
non obuoluto capite dicemus : sed aperto non pudibundi
tergiuerſantesue: Sed sequeſtrato pudore alacres deum il/
lum laudabimus: q̄ uerus & maxime laudandus est: & maxi/
me laudabilis . poetasq; amafios atq; poefim amatoriã do/
cebimus etiã grauiſſimis profeſſoribus conuenire dignaq;
eſſe id genus poemata: quæ in gymnaſio lĩtorio publica
pfeſſiõẽ palã explicent. Nouiſſimo loco porabimus ea ad
hibita peroratiõẽ: quæ neq; auribus uĩs iniucũda neq; mē
tibus infructuoſa futura ſit. Quæ ſingula dum a nobis ſum/
matim ptractant: Vos q̄ſo me ſicuti facere cõſueuiſtis beni/
gne attēteq; audiatis . Magnus deus eſt amor & apud deos
hoĩesq; mirãdus ut philoſophorũ ſapiētiffimi dixerūt. & ob
originẽ antiq̄ſſimã in primis honorãdus ſiqdẽ heſiodus ce/
cinit poſt illud primordiale chaos repēte terrã atq; amorẽ
ſimul extitiſſe. & ut inquit elegãter pmenides Añ deos oēs
primũ generauit amorem . Vnde ab orpheo Quem diuus
Augustus inter theologos priſcos annumerat cognomina/
tus e phanes ab eo q̄ ex chao primus apparuit. plures amo/
res ſicuti ueneres fabuloſa finxit antiq̄tas . Quos luculenti
ſcriptores poſteritati cõmendarūt . Nos uero omiſſis reli/
qs Amorẽ illũ celebremus. q̄ a platone diuinitus memorat
Qui uirtutes amatoribus ſuis cõciliat. Qui nos diis amicos
facit. Nos a platonica diſciplina ne digito qdẽ. ut dicit trãſ/
uerſo recedentes laudemus amorem ꝑut laudari meretur.

dicamusq; eū esse cælestē: bñficū: pacificum: pulcherrimū:
qui mortalibus maxiorū bonorū cā ē. qui pacē largit' hoī/
bus. Qui uentis requiem. qui mari trāquillitatē. qui elemē
ta societate cōglutināt. qui cunctas animātes familiaritate
cōciliat. beniuolētīæ largitor. maliuolētīæ exterminator.
Et quēadmodū cōiungi nō pōt amaritudo cum dulcedine
caligo cum lumine. pluuia cum serenitate. pugna cum pace
cum fœcūditate sterilitas. cū trāquillitate tēpestas. ita cum
amore odiū. Inuidia. liuor. maliuolētīa copulari nō possūt.
& quemadmodū radius a sole. calor ab igne. rigor a glacie.
candor a niue. nequeūt separi. ita ab amore diuelli nō pos/
sunt. beniuolētīæ. Societas. necessitudo. cōcordia. hic ē enī
amabilissimus. amiciciæ nodus princepsq; ad beniuolentiā
cōglutinandā unde ab amore amiciciā nuncupatā eē sapiē/
tes tradiderunt. Quod est in nauigio gubernator. quod in
ciuitate magistratus. quod in mūdo sol. hoc inter mortales
est amor. Nauigium sine gubernatore labascit. ciuitas sine
magistratu periclitat': mūdo sine sole tenebricosus efficit'
& mortaliū uita sine amore uitalis nō est. Tolle ex hoībus
amorē. solem e mundo sustulisse uideberis. huc adde q; hic
deus a nobis oēm rusticitatē amolit'. oīs elegātīæ oīumq;
mūdiciarū pater ē. Vnde uenuste plautinus senex. A more
deū appellat mūdiciatē. eūq; nitidis nitoribus ait ātecellere
Da mihi hoīem efferū atq; truculētū. hūc amor e uestigio
mollē reddet & māsuētū. Da rudē & rusticanum. statim ab
amore fiet ingeniosus & urbanus. Da icultū. ab amore cul/
tissimus efficiet'. Deniq; torpor oīs. segnicies oīs. sōnus le/
thargicus. marcor. squalor. incuria: ex amoris cōtubernio
eliminant'. in quo industria. nauitas uigilantia. solertia. cul/
tus. nitor cōmorant'. At qui amoris accusator quid tantope
inquit hūc deū laudas & extollis? Qui multos mortaliū de
mētes fecit. qui multos a semita uirtutū in uia uitiorū decli
uē præcipitauit. Qui multis exitiū cōcinauit. huic ego tā se/
uero obiurgatori: tāq; aspero amoris criminatori ita breuif
sime rñdeo. Nō est ista amoris culpa sed hominū qui ama/
re nesciuerunt. Sicut enī est quidam modus in rebus: sunt
qdā præscripti fines: quos ultra p̄gredi nephas ē: ita ī amo/
re est quædā mediocritas adhibēda. Philosophorū sentētia

est moderatas esse Virtutes: excedentes modū atq; mēsurā
iter uitiareputari. Vnde ab uno de septē sapiētibus dictū ē.
quod latine significat ne quid ni
mis. cui astipulat oratiana illa sentētia. Virtus est mediū ui/
tiorum utriq; redactū. Hic modus hec mēsurā hoc tempa/
mentū: quod uirtutibus adhibet: in amore quoq; adhibeat
& pcul erit omnis de amore cōquestio. Nam ut inquit ele/
ganter & uere plautinus seruus. Bonū est pauxillū amare sa/
ne. Insane nō bonū est. Quid nō ne hoc idē præcepit diuini
dogmatis doctor apostolus præcipiēs in nobis ordinatam
esse debere charitatē? Quæ in multis ut inquit Origenes in
ordinata cōspicit. Vocabulo aut charitatis amorē in cano/
nicis scripturis appellari hieronymus augustinusq; notifi/
cant. præterea nō laudes canimus amoris illius uulgaris at/
q; cōis: qui pecuinis belluinisq; libidinibus dñat. Sed illius
præcones existimus qui celestis ē: quē græci Erotā appelli/
tant: a quo existimat Plato in cratyllo heroū nomē deriua/
ri: quō Augustinus & Marciānus capella ethymon: hoc ē i/
terpretamētū noīs heroū aliūde deducāt. Et cū nihil aliud
sit amor sicuti doctissimi philosophorū diffinierūt q̄ fruen/
dæ pulchritudinis desiderii: illū nos amorē laudamus cele/
bramus extollimus: qui pulcherrimus est: qui ex pulchro
desiderio natus: pulcherrima plura mortalibus cūctis iptit.
Nōne artes ut reliqua omittamus ab hoc quasi quodā fōte
fluxerūt? Nōne hic omniū inuētionum autor est & ppaga/
tor? medendi nāq; & diuinādi & sagittas ab arcu excutiendi
disciplinā amore duce inuenit apollo. Texendi artificiū mi/
nerua. fabricam ærariā uulcanus. mēsuras & pondera phe/
don: līas mercurius. leges ceres. quæ ob hoc a græcis thes/
mophora idest legifera noīat. Deniq; omnes qui ut iquit
Maro per artes inuētas uitam excoluerūt: amore impulso
re atq; autore cōmentī sunt nouas inuētiones. Nō enī talia
iuenissent nisi talia adamassent. Omitto quod per amoris
bñficiū animalia cūcta pgenerant in terris. Nōne ea quæ
inaīata dicunt amare quodā mō existimant. hinc Magnes
ferrū trahit. Succinū paleas. cecias nubes. & ut inquit Em/
pedocles. Arida terra amat imbres. Et nemo nō inquit hie/
ronymus aliquid amat. Deniq; amore cōstāt oīa augetur

florescunt propagantur. Et ut autor est Aristoteles in ethi-
cis id cuique uoluptati est: cuius dicitur amator: & iucundissi-
mum est re amata potiri. Igitur amorem colamus: amorem meritis
preconiis extollamus: a cuius sacrario procul abscedat pro-
phanum uulgus hoc est homines inuidi atque maliuoli. Si-
cut enim non conuenit mendacio laudare ueritatem: pauo-
ri fortitudinem. Vicio uirtutem: ita maliuolo amoris cultura
non conuenit. Quin potius qui maliuolus est is colat atque se-
ctetur deum amori contrarium. Quem prisci Anterota quasi
contra erota hoc est contra amorem e regione collocatum nu-
cupauerunt. Caeterum cum ille qui deum colit amet & sacerdo-
tes: Nos qui amoris cultores esse uolumus. diligamus illius
sacerdotes. qui profecto sunt poetarum amantissimi atque elegiogra-
phi: quorum lepidiore poemata non sunt aspernanda neque per ar-
gumento impudicitiae sunt habenda: & quis uetus uerbum sit
talem esse hominum uitam qualis sit oratio tamen poetis ludere uer-
siculis amatoribus & lasciuire permittit. Nam ut inquit Catulus.
Castum esse decet pium: poetam.

Ipsum: uersiculos nihil necesse est.

Qui tum denique habent salem: & leporem.

Si sunt molliculi: ac parum pudici: Quod autem amatoria scri-
pta nullum praebent specimen morum: nullumque sunt uitae turpis
iudicium testatur Adrianus imperator: qui Voconii poetae
tumulum uersibus exornans ita scripsit. Lasciuus uersu mente
pudicus eras: & ab Ouidio decenter & uere dictum est.

Crede mihi mores distant a carmine nostro.

Vita uerecunda est: musa iocosa mihi. Ouidio subscribit fe-
stiuissimus poeta epygrammaticus de seipso scribens.

Lasciua est nobis pagina. Vita proba est.

Quid autem poetarum exemplo commemoro? cum seueris-
simi sanctissimique philosophorum ludicros amatoriosque uer-
siculos conscripserint: qui tanto sanctiores existimantur quan-
to apertiores. tanto pudicicius compositi: quanto simplicius
promulgati. Denique audite uel unicum dei philosopho-
rum platonis exemplum. qui uersiculis huiusmodi amores
suos non erubuit profiteri latine ita possumus interpretari.

Suauia dans Aghatoni. animam ipse in labra tenebam.

Egra etenim sperans. tanquam abitura fuit.

Ex his ne queso uersiculis parum pudicis Platonem impu-
dicum existimabimus: Platonisq; mores infamabimus: qui
tantum abfuit ab impudicia: quantum uersiculi a pudici-
cia. Cuius uita tanto pbator fuit quanto musa lasciuior.
Ne longum faciam: si scripta omnia: quibus amores resq;
amatoriæ continetur sunt cum suis scriptoribus repudian-
da. Repudient canonica scripturæ hoc ẽ istrumẽti ueteris
luculenta illa uolumina: quibus nihil sacratius nihil religi-
osius nihil mysticũ magis existimatur. liber Geneseos abii-
ciatur: quoniam in eo amores Iacob & Rachaelis: Concu-
bitus sichen cum dina uiolẽtus: stuprũ Iudæ cum nuru tha-
mar referuntur. Nemo librum numerorum sumat in ma-
nus. quoniam israhelitici populi fornicationes cum filia-
bus moabitarum in eo perscribũtur. Caue legas Iudicũ uo-
lumen. Continet enim Sãsonis robustissimi mollissimos
cum puella Dalida complexus. librum Hester ne tangito.
docebit enim te quemadmodũ Assuerus rex amorẽ amo-
re sicuti clauũ clauo trudere conatur: & ad impatiẽtiã amo-
ris leniendã per singulas pene noctes nouas puellas deuir-
ginat efficiens ex uirginibus mulieres. libros Regum tanq;
nephandos explodito. quibus Dauidis & Bersabes adulte-
ria: eiusdem senescentis cum adolescẽtula Sunamite com-
plexus: Ammonis cũ sorore Thamar incestus infandus: So-
lomonis cum reginis concubinisq; innumerabilibus fatuæ
amationes cõmemorant. Et ut semel finiam: ipsum Canti-
cum canticorũ tanq; syreneos cantus obturata aure trãsito:
Cum meros amores merãq; impudiciam nisi mystyce in-
telligamus resonare uideatur. Ideoq; apud hæbreos obser-
uabatur ne quis adolescentulus libellũ illum teneret in ma-
nibus. ne quis puer illius lectione oblectaretur. Igitur cũ sa-
cris uoluminibus amatorias res contineri. eaq; non magis
a pphanis q; religiosis hominibus quotidie legi: quotidie
in tẽplis nõ clam sed palã decantari uideamus. Tandẽ fate-
amur licere poemata lasciuientia scribi: & scripta lectitari ci-
tra omnẽ criminationem. Et nos nemine ut speramus in-
probãte enarrabimus Amasii poetæ propertii amatorium
uenustũq; poema. Quo nihil in hoc genere existimo fieri
posse pfectius: de cuius eruditione excellẽti elegantissimõq;

splendore in praesentia tacebimus: cum iam receptui canendi sit: & quia multa scitu digna a nobis praescripta sunt in nostris commentariis: quorum lectio studiosis erit ut confidimus frugifera: & a nemine non bono ingenioque lectore probabuntur. Cum propterea pariter progredietur dimidiatus Suetonius: ut luculentissimo scriptori extremam manum imponamus. ad cuius lectionem ne illotis ut aiunt pedibus accedamus more nostro. Isagogica quaedam hoc est introductoria premitte mus. Quae usui uobis sit audiuisse & uoluptati meminisse. Vos ut facitis libenter audite: atque animum aduertite. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Titi Liuii ac Silii Italici continens hystoriae laudationem.

o Officium est boni professoris uiri praestantissimi id uelle profiteri quod auditoribus utilitatem cum uoluptate maxima allaturum sit: quod scholasticorum auribus satisfacturum: quod temporibus sit futurum accommodatum. hoc ego semper omnino studio ac diligentia superioribus annis efficere contendi & impraesentiarum effecturum me esse confido. Cum duos celeberrimi nominis scriptores ex omnibus delegerim quos in hoc augustissimo gymnasio profiterer: quorum lectio & prodesse & delectare plurimum possit atque his temporibus sit futura maxime conueniens. Nam cum omnium disciplinarum cognitio utilis ac iucunda mortalibus sit: historiae cognitionem mediussidius utilissimam iucundissimamque esse censeo ex quo cum multum omnibus scriptoribus debeamus qui non solum sibi sed etiam posteris uixisse creduntur plurimum profecto historicis debere nos non possumus inficiari: quorum labore ac industria effectum est ut omnium aetatum: omnium gentium: omnium populorum res gestae omnia praecleara facinora scirentur a nobis intelligerentur cognoscerentur. Ut cuncta cunctorum illustrissimorum uirorum dicta factae memoratu digna contueri ediscere recordari liceret: qua quidem re nihil pulchrius nihil iucundius nihil magnificentius excogitari posse contenderim. Etenim ut a Cicerone scriptum est diuinitus nihil earum rerum scire quae antequam nascereris factae sunt: hoc est

semper eē puerum. Cognoscere uero res gestas memoriae ueteris: ordinem tenere antiquitatis: exemplorūq; omniū habere noticiam decorum laudabile ac prope diuinum est. Senibus ideo maior auctoritas est quoniā ob longam aetate plurimas res nosse ac uidisse creduntur. at hoc iuuenibus cognitio historiarum praestat ut etiam praeteritis saeculis uixisse uideantur. & illi me hercle adolescentes qui hystorias habeant ad manum & exēpla illustrium uiroꝝ in promptu tanto senibus sunt anteponendi: quanto plura negocia complectit hystoria multoꝝ saeculoꝝ q̄ faciat hominis uita longissima. huc adde quod qui bonus orator esse concupiscit in primis abundare debet exemplorū copia & nosse q̄ plurima. Nam cum sit hystoria testis temporum lux ueritatis: magistra uitae: nuntia uetustatis nihil ambigitur quin orator optimus esse non possit nisi fuerit antiquitatis exemplorumq; cognitiōe instructissimus: nisi hystorias perinde ac ungues suos habuerit exploratissimas: quoniā ut inquit Quintilianus hystoria alere potest orationem molli quodam ac iucundo succo. Est praeterea operae precium in uoluminibus hystoricorum omnis exēpli documenta uelut in illustri monumento posita intueri unde quae imitanda sint depromere ac nobis proponere ad imitandū quae fugienda fugere possimus. pulchrum est ut inquit uerissime Diodorus ex aliorum erratis in melius instituere uitā nostram & quid appetendum fugiendumue sit ex aliorum exēplis posse cognoscere. Unde haud imerito Demetrius phalereus Ptolomæum regem subinde admonebat ut libros lectitaret quoniā quae amici non audent principibus demonstrare ea omnia in libris scripta reperiuntur. Hoc est in cognitione rerū salubre atq; frugiferū scire quibus artibus: qua disciplina: quibus moribus maxima imperia orta sint. Maximi imperatores nomen sibi immortale pepererint. Et ecōtrario qua uitiorum labe infecta amplissima regna corruerint & ex summo in imum praecipitauerint. ad summam hystoria ad id quod honestum est capeffendum inflammat. Detestatur uicia probos extollens improbos deprimens. hystoriae ut inquit uerissime Victruius per se tenent lectores cum habeant nouarum rerum uarias expectationes. Utinā

nobis deus eam ingenii memoriaeque diuinam uim condo-
nasset qua Portius Iatro declamator egregius fuerat deco-
ratus qui cum omnes hystorias unus omnium notissimas
haberet iubebat aliquē ducem nominari & e uestigio eius
omnia acta cursim diligēterque cōmemorabat. Cæterum cū
omnes historici sunt legendi adeundi ediscendi: scriptores
potissimum latini rerumque italicarum ac maxime romana-
rum enarratores sicut mihi uidetur sunt adorandi colēdi le-
ctitandi nec unquam e manibus dimittendi: idque duabus potissi-
mum de causis faciendū uidetur quoniam & rerum nostratiū
cognitio magis ad nos quam externarum pertinere existimatur:
& quod historici latini sanctiores uerioresque græcis scripto-
ribus fuisse creduntur: pugnant enim inter se omnes fere græ-
corum scriptores & alter alterius mendacia refellere cona-
tur. ita Ephorus Hellanicum: Timeus Ephorum philinum
polibius Herodotum quam plurimi tanquam fabulatorem repræhē-
dunt hinc a Satyrico poeta dictum esse credimus quicquid
græcia mendax audet in historia. Discrepantiæ autem illo-
rum causa hæc potissimum fuisse tradit: quod nullam unquam
curam græciæ populi adhibuerunt ut præclara facinora scri-
berent ac publicarent: ideoque magna in scriptoribus menti-
endi licentia fuit: qui cum partim res gestas ignorarent: partim
affectibus ducerent non historiam conscripserunt: sed
mera mendacia. Contra apud romanos ut omnia prout ge-
sta fuerunt incorrupta integra atque fideliter conscripta habe-
rent: pontifices maximi res omnes singulorum annorum litte-
ris mandabant: efferebantque in album tabula domui proposita
ut esset populo potestas cuncta cognoscendi: & hi annales
maximi nominabant. Hanc autem similitudinem scribendi
secuti sunt Piso Fabius pictor & ille Cato portius omnium
bonarum artium magister a Plynio nūcupatus: qui sine ul-
lis ornamentis sine pigmentorum coloribus sine fucato ni-
tore monumenta rerum gestarum reliquerunt nuda recta atque
simplicia primam illam imprimis obseruantes historiae legem:
quæ præcipit ne quid falsi dicat. etenim dempta ex historia
ueritate ita narratio omnis inutilis ac penitus manca effici-
tur sicut corpus animantis inutile fit oculis effossis ut lucu-
lente scriptum est a Polybio. Deinde cum ingenia erudito

iam sæculo indies magis excolerentur & facundia uberior
politiorq; proflueret eloquentissimi apud romanos ad scri
bendum hystoriam sese applicauerunt: qui non ut superio
res tantummodo narratores fuere. Sed etiam exornatores
atq; illustratores maximi extiterunt qui utpote diuino inge
nio præstantes uiri hystoriam affectionibus omnibus ca
suum uarietate mirabili egressiõibus iucundis resperferunt
& quibusdam flosculis quasi pratum distinctam uariegatãq;
decorarunt. qui cum omnes sint excellentissimi: cum om
nium lectio iucundissima ac utilissima futura sit cum omnes
haud dubie suspiciendos ac lectitandos esse censeam: Titus
liuius in primis enarratione dignissimus: mihi uisus est & iu
cunditatis utilitatiscq; inter alios refertissimus. Cuius lectio
omnium scholasticorum auribus animiscq; satisfactura sit. est
enim dulcis candidus & effusus & eo nullus historicorum
melius commẽdauit mitiores affectus apud quem omnia
tum rebus tum personis sunt accommodatissima. q; in nar
rando mirã est iucunditatis clarissimiq; candoris: qui ut ue
rissime dixit Quintilianus in contionibus supra quam nar
rari potest est eloquentissimus: Cuius lactea uertitas lecto
rem detinet auocat pascit omnibusq; affectionibus ualidis
sime commonet & quo uult maxime impellit: cuius diuinæ
facundia nihil addi potest cuius orationi si quid demas ex
elegantia detraxeris quemadmodum de Platonis oratiõẽ
Phauorinus dicere solebat. Idem grandiloquus est & sentẽ
tiarum grauitate & maiestate uerborq;. idem copiosissimus
nec tamen longus. Nam ut inquit egregie Martialis: Non
sunt longa quibus nihil est quod demere possis. non igitur
imerito diuus Hieronymus testatur quosdã ex ultimis his
paniæ galliarumq; finibus uiros illustres Romã uenisse uel
ob hoc solũ ut Titum liuiũ lacteo eloquentiæ fonte manã
tem cõtuerentur: qui ut Plynius in epistolis inquit posteaq;
hominem uidere statim in patriam repedarunt. O te foeli
cem o te beatum Tite liui: cuius unius uidẽdi causa uiri no
biles tot milia passuum confecerunt ex penitissimis regio
nibus proficiscentes. tot montes incultos. tot inuia loca su
perarunt. illa profecto illa diuina uirtus est existimanda quæ
in uno homine tantũ polluit tantũ effulsit ut ad eum uisen

dum tanq̄ ingens celebrandumq; miraculum Galli Hispaniq; sollicitarentur. merito Quintilianus Liuium inter cæteros scriptores legēdum esse præcipit in scholis quoniã scilicet candidissimus est & maximus auctor historiæ: merito & nos Liuium ex omnibus unum delegisse uidemur quem publice hoc anno profiteremur: cuius libri omnes cum lectitandi sint & in manibus quotidie habendi. Nonne hæc decas liuiana quam diis bene auspiciantibus ordimur enarrare reliquis decadibus est anteposenda? Nonne hæc i primis uolumina a Liuiio diuinitus scripta fuisse censendū est? Et hæc profecto decas: hoc enim nomine Liuiiani libri a numero denario nuncupantur quāto bella quæ continet. cæteris bellis maiora fuerunt: tanto reliquas decades antecellit. Laudat Origenē adamantiu Hieronymus q; cum in cæteris uoluminibus omnes superauerit in Cantico canticorum ipse se uicerit. Laudatur a Cicerone Crassus orator quem cū in agendis causis consensu omnium cunctos semper exuperauerit in extrema actione a semetipso superatū esse testat. Praxiteles inter statuarios a Plynio celebratur perinde ac marmoris gloria superauerit etiã semet hoc idē & nos hodierno die de Liuiio merito dicere possumus. q; cū in cæteris decadibus cæteros añcelluerit i hac semetipsum uicit: & me hercules ut dicā uiri clarissimi quod sētio eodē aīo Liuius bella scriptitauit quo romani gesserūt: eodē ingenii fulmine stylum exercuit quo romanus populus armat tractauit: eadē uigilātia icubuit chartis: q; Ro. milites disciplina militari incubuerunt: & mediussidius uidet populus Ro. uel ob hoc unū tā memorāda facinora gerere uoluisse ut illa a tā luculēto scriptore describerent: q; res haud dubie luculēta uerbis luculētis æquauit quē quotiēscūq; i manus fumo: non legere uideor bella: sed tractare. & ut inqt Hieronymus de paulo non audire uerba: sed tonitrua. in Liuianis uoluminibus uidere uideor i peratores cōtionabūdos militesq; suos exhortātes ad prelia alacri aīo capeffenda: Senatū de rebus dubiis cōsultantē: hostes hinc formidosos trepidare: Romanos illinc furibundos inuadere. Deniq; apud Liuium omnis rei militaris disciplina continetur: omnia stratagemata: oēs calliditates imperatoriæ demonstratur.

Leges senatus populique decreta: omnes denique artes: quibus
domi forisque uiuitur conspiciuntur. Sed prohdolor quantam ia-
cturam passi sunt omnes litterarum studiosi ex centum decem
uoluminibus liuianis deperditis: qui omnia quae unquam Ro-
mani per septingentos annos gesserunt praecleara facinora
ueluti in unum redacta corpus noscere potuissent. Quanto
dispendio affectus est Ro. po. Cuius tot actantiarum rerum ge-
starum memoria cum libris liuii pariter interiit: Quatum uerae
famae detrimentum illustrissimi imperatores subierunt: quorum
nomina fuissent sempiterna & gesta memorentur: Si liuiana
uolumina non intercidissent: quod si defunctis ullus est sen-
sus profecto liuianos manes ingemiscere credendum est tot
labores incassum sibi fuisse susceptos: tot nequicquam uigila-
tas noctes: tot frustra conscripta uolumina. quae si extarent
omnia: nihil praeterea nobis foret desiderandum. habere-
mus in quo otium in quo tempus bene collocare possemus:
& tamen nobis utpote somniculosis uix aetas suppeteret ad
legendum: quae illi diuina quadam benignitate praedito sup-
peditauit ad scribendum: qui etiam Dialogos ut inquit Se-
neca philosophorum more conscripsit: Sed querelae ab ex-
ordio nostro enarrationis procul absint: nihil nec nobis nec
ipsi Liuiio profuturae. Caeterum cum sapientis sit seruire tem-
poribus: Nos quoque temporibus his seruiamus: quibus cum
arma uigeant: bella horrida perstrepant: Cum omnis Italia
bellicis tumultibus seuiat: Classica personent: Cum Ma-
uors telum suum quatiat: Bellona dominetur: idoneum esse
uidetur ut scriptores eos potissimum legamus: qui bella de-
scribunt: hec ergo sit nostra militia. alii bella gerent nos le-
gemus alii sub Dio in campis patentibus intuti pugnabunt
nos pugnas confectas in umbra in scholis tuti recensebi-
mus. hinc aures nostras Liuius personabit inde Silius. Am-
bo eadem bella facundissime narrantes ille soluta oratio-
ne: hic uersu heroico: qui non minus hystoricus quam poeta iu-
dicandus est: Qui stilo Cothurnato & caractere grandilo-
quo tonare ac fulminare uidetur: qui bella non scribere sed
bellare: Cui optime conuenit illud oratianum: Audire ma-
gnos iam uideo duces non indecoro puluere fordidos: Ar-
dens est Cocitatus: erectus: idem Candidus Copiosus atque

sublimis: multum habet neruorum: plurimum lacerto-
rum: totus bellicis rebus accommodatus: qui non minus eru-
ditionis afferre possit: quam iucunditatis: mira est in Sylio rerum
reconditarum copia uaria ac multiplex locorum & maxi-
me Italicarum urbium descriptio: multa hystoriarum co-
gnitio. Et cum uirgilium illa foelicitas ingenii soluta oratio-
ne reliquerit: Cum Ciceronem facundia illa genuina in car-
minibus destituerit: Sylio contigit id quod paucissimis dii
dederunt ut idem esset & maximus poeta: & summus ora-
tor: qui utrumque & Maronis & Ciceronis opus foelicissime
impleuerit: quod epigrammaticus poeta elegantissime de-
monstrat his uersibus cum de Sylio loqueretur. Sacra co-
thurnati non attigit ante Maronis: Impleuit magni quam Cice-
ronis opus: Idem alibi Silium musarum decus appellat: Sed
quod plura? Liuii & Silii facundia: uires: ingenium: eruditio: caete-
raque uirtutes eximia se nobis quotidiana enarratione ex-
hibebunt: sese offerent: ostentabunt Clarius sole fulgen-
tes. Ego uero omni diligentia: studio: Vigilantia elabora-
bo: enitar atque contendam: ita singulos nodos enodare: ita
implicita explicare: ut quemadmodum uos mihi ornamen-
to maximo futuri estis: ita ego uobis sim non minimo emo-
lumento. hoc mihi in animo est uelle prodesse: Vobis sit
uelle proficere: Dii faxint ut utriusque utrumque propositum im-
plere possimus.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione episto-
larum Ciceronis & Lucani Continens laudem poetices.

maximum deorum munus est uiri Circumspe-
ctissimi: & quo nullum maius excogitari po-
test eloquentia: Qua una uel maxime separa-
uit hominem a caeteris mutis animantibus.
deus ille parens & mundi fabricator: quae quia
sermone carent irrationabilia merito uocantur. Eloquen-
tia homines palabundos in agris atque dispersos congrega-
uit in populum: & ex ueris atque immanibus mites reddidit
& mansuetos. Eloquentia multae urbes constitutae sunt: pluri-
ma bella restincta: Firmissimae societates: Sanctissimae ami-
ciciae comparatae: Eloquentia mortales immortales effi-
ciuntur: Merito itaque flexamina & omnium regina rerum

oratio a doctissimis nuncupatur: Cuius tanta est dignitas: tanta potentia: tanta maiestas: ut Duce eloquentia diis simillimi esse uideamur: Et homines eloquentes: qui oratores nominantur tantum reliquis hominibus prestare creditur: quantum homines bestiis antecellunt: Nihil mediocriter eloquentia diuinius reperiri potest: nihil consummato oratore praestantius. Caeterum cum eloquentiae partes omnes sacrae sint ac uenerabiles: Caeterisque aliarum artium studiis anteponebantur. Poetica in primis sacratissima est: quam antiqui primariam quandam philosophiam esse tradiderunt: Quae ab ineunte nos aetate uiuendi formulam doceret: quae mores: quae affectiones ostenderet: Quae res gerendas cum iucunditate praeciperet: Vnde non minus uere quam luculenter dixit Oratius. Os pueri tenerum balbumque poeta figurat. Mox etiam pectus praecipit format amicis. Instruit exemplis inopem solatur & aegrum. Quamobrem Ciuitates graecorum eruditissimae liberos in poetica in primis erudiebant: Solum poetam sapientem esse dictitantes. Et ut diuus Augustinus scriptum reliquit poetae theologi nuncupati fuerunt Cum de diis immortalibus diuinitus multa conscriberent. Quales Orpheus. museus. Minus fuisse traduntur. Enimvero Artis poeticae studia ut cicero facundissime scribit adulescentiam agunt: Senectutem oblectant: Secundas res ornant: aduersis per fugium ac solatium praebent: Delectant domi: non impediunt foris: pernoctant nobiscum: peregrinant: rusticantur Huc adde quod poeticus decor exercetur ab oratore ut testis est Cornelius: quod oratori lectionem poetarum plurimum conferre Theophrastus affirmat: apud quos in rebus spiritus in uerbis sublimitas in affectibus motus omnis & in personis decor exprimitur: ideoque in hac lectione. M. Tullius putat esse quiescendum existimatque omnem loquendi elegantiam excoli augeri que poetis lectione. Est enim finitimus oratori poeta suntque inter se cognatione quadam copulati. Caeterum cum caeterarum rerum studia praecipit constant atque doctrina Poetae soli ipsa natura ualent & mentis uiribus excitantur: & quasi diuino quodam spiritu inflantur. Vnde plato diuinitus scripsit libro tertio de legibus poetarum genus esse diuinum: & idem tradit in phedro Vates furore diuino concitatos multa com

moda græcis hominibus attulisse. ab eodē per quā eleganter dictum est in libello de furore poetico poetas diuino instinctu cōcitatos eundē furorem interpretibus quos raptos appellat infundere imitariq; magnetis lapidis naturā: qui nō solum ferreos ānulos trahit: sed eandē trahēdi uim ipsis ānulis latenter insinuat. Origenes quoq; ille magister ecclesiæ in libris: quibus titulus est Periarchon Virtutem quandā esse docet Spiritale quæ poeticā inspiret: cuius inspiratione poetæ repleant. Platoni Origeniq; astipulatur Ouidius sic scribēs. Est deus in nobis: agitante calescimus illo: & alibi. Est deus in nobis: sunt & cōmertia cæli: Sedibus æthereis spūs ille uenit: Quapropter haud īmerito poetas antiqui sacros nominarūt: Vnde ab eodē scriptū est: At sacri Vates & diuū cura uocamur. & Calphurnius in bucolicis inquit: ille fuit Vates facer: & Lucanus noster scriptū reliquit: O facer & magnus uatum labor. Ennius uero sanctos poetas appellat q; quasi deorū aliquo dono & munere præditi esse uideātur. Hinc est q; poetæ antiquitus in maxima ueneratione maximoq; precio habebantur q; a principibus fouebantur: q; a regibus ditabātur: q; ab omnibus certatim amabātur: Vnde nō minus uere q; diserte cecinit Naso: Cura ducum fuerant olim regumq; poetæ: Præmiaq; antiqui magna tulere chori: Sanctaq; maiestas: & erat uenerabile nomē: Vatibus & largæ sæpe dabāt opes. Charus fuit scipioni affricano Ennius: Charus Archias mario atq; lucullis cherillum poeta quāuis ignobilem in delitiis habuit Alexander. Virgiliū fouit Augustus: cuius uersiculos cū in theatro. popu. roma. audisset surrexit uniuersus: & præsentem spectantemq; Virgilium tanq; Augustū ueneratus est. Orationem mœcænas adamauit: Tybillum messalla dilexit. Papinium Domitianus auro palladio Coronauit. Aufonium Gratianus consulatu decorauit: Neq; solum uiuentes poetæ qui honorificentius Vates dici existimantur: sed etiam defuncti uenerabiles extiterunt: Siquidem Alexander magnus: Cum inter spolia Darii persarum regis Scriniolū cepisset auro gemmisq; ac margaritis preciosum: in eo libros homericos reposuit: ut preciosissimū humani ingenii opus opere ditissimo seruaretur. Idē homerū adeo diligebat: ut

eius Iliada: quod diuinū poema edidicerat: quod uaticum rei militaris appellabat noctu sub puluino una cū pugione subiiceret: & ita cum Homero poetarū principe uigilabat: cum Homero dormiebat: idem Pindari inter lyricos poetarū præstantissimi familiæ ac penatibus parci iussit: Cū thebas euerteret. Alter uero Alexander qui romano præfuit imperio Virgiliū adeo admirabat ut eum Platonem poetarū uocitaret: eiusq; imaginē in Larario cōsecraret. Quinetiam Elius uerus romanus imperator Martialem epigrammaticum poetam suum Virgilium nuncupabat. Huc adde quod etiam dii amatores ultoresq; extitere poetarum. Siquidē Apollinis oraculum ut inquit Eusebius pamphilus: Euripidem laudibus in cœlum tulit: & Archiam tanq̄ sceleratum ac profanum iussit exire de templo: q̄ Archilocū poetam interimisset. Sophoclen quoq; tragici coturni principē liber pater tanq̄ delicias suas sepeliri iussit. Præterea poetæ quadam sua uiloquentia adeo sunt dulces: ut non legantur modo: sed etiam ediscant: quorum autoritas tāta est: ut illorum dicta pro certissimis testimoniis habeantur: Nam & Plato & Aristoteles principes philosophorum Homeri aliorumq; poetarum carminibus sua dicta persæpe corroborant. Quinetiam iurisperiti illi sanctissimi in libris Digestorum frequenter allegāt poeticos uersus: & maxime scribentes de contrahenda emptione & uenditione: & in titulo de gradibus: & de uerborum significatione: & ad legem aquiliã: & de rerum diuisione: sexcentisq; in locis citant testimonia poetarum. In Decretis quoq; Virgilianū carmen ex georgicis: & Oratii uersus ex æpistolis afferuntur. Quid nonne ecclesiastici scriptores & in primis Augustinus Hieronymus atq; Lactantius: Tria christiani dogmatis lumina clarissima scatent autoritatibus poetarum? Quid maius loquor? Nonne apostolus Paulus uas electionis Tuba euangelii & sanctarum scripturarum armarium poetas studiose lectitasse uidetur? Qui ad Titum scribens uersiculū usurpat Epimenidis poetæ. Cretes semper mendaces malæ bestię Ventres pigri: In alia quoque epistola Menandri carmen allegat: Corruptunt bonos mores confabulationes pessimæ. Et apud Athenienses in Areopago: hoc est

martis curia disputans Aratum poetam testem citat. Prætere aut in decretis scriptum est dominus præcepit israheliticis: ut ægyptios argento spoliarent Tropologice itelligēs ut argentum id est eloquētiam apud poetas inuentam colligerent atq; possiderent. David quoq; ille psalmographus psalteriū numeris poeticis concinnauit: Quod ut inq; Hieronymus in morem Oratii flacci & pindari: nūc iambo currit: nūc alcaico personat: nunc saphico iumet: nūc semipede ingreditur: Deniq; Esaiæ & Iob: & Salomonis luculenta uolumina: hexametris & pētametris uersibus: ut Iosephus & Origenes scribunt apud hebræos composita decurrunt. Quinetiam ut Cassiodorus testatur: omnis poetica eloquutio a diuinis scripturis sumpsit exordium: adeo musica uenustas Leposq; poeticus existimatus est omni esse suauitate refertissimus: adeo carmina moduliq; numerosi placuerūt ut deos existimarent esse placabiliores: si eos uersibus adorarent: & carminibus precarētur: Vnde ab Oratio dictū est luculenter: Carmine dii superi placātur carmine manes: & non minus uere q̄ facunde cecinit Lucretius. Calliope requies hominū diuumq; uoluptas. Sit igit; apud uos uiri præstantissimi sanctum ac uenerabile nomē poetarū: qui principibus chari sunt: qui fouent; a bonis: quorū carmina ediscunt; a litteratis: quorū uersus tersissimi aures deorum mulcent: eosq; exorabiles mortalibus faciunt: qui quibusdā fingētis adumbrati multa saluberrima præcipiūt: sententias e penitissima philosophia de præoptas dissimulante interserunt: mentes nostras optimis præceptis frequenter institunt & ut autor est Manlius. Omne genus rerū docti cecinere poetæ. Idem linguā ornant: faciūdiam augent: & supellectilem uerborū faciunt copiosissimā. Deniq; solis pene poetis datum est: ut ad laudandū & uituperādū pariter sint accommodati: & quēadmodū immortalī laude donantur illi: quos carminibus extollūt: ita sempiterna illi pulsant infamia: quos maledicis uersibus insectantur. merito nos monet Socrates platonice ut diligēter caueamus: ne poeticū hominē quempiā nobis infensum habeamus. Et principes quos carminibus celebrant immortales efficiuntur: quod eleganter expressit Oratius illo uersiculo: Dignum laude

uirum: musa uetat mori: Celo musa beat: Si aliquādo lasci-
uire & obscœna scribere: & ludicra atq; amatoria decantare
& impudica promere uident: Non propterea sunt poetæ re-
pudiandi: Cum neq; scriptorū mores ex uersibus iudicandi:
neq; lepidiora carmina pro argumēto impudiciæ sunt ha-
benda: licet lasciuire carminibus citra impudiciā: licet io-
cari uersiculis citra obscœnitatem morū: licet lingua & ca-
lamo ludere pudenda: animo & corpore exercere proban-
da: nemo poetas explodendos esse censeat: propter uersus
molliculos: & amatorios: imo quilibet existimet poetas eē
amādos fouēdos lectitandos ppter singularē eruditionem:
rerūq; doctrinā copiosissimā: quæ cum in omnibus magna
conspiciat in Lucano maxima redūdat: Namq; in geogra-
phia hoc est locorū descriptiōe est eminentissimus: in astro-
logia eruditissimus: in hystoriarū enarratiōe facūdiffimus
in orationibus eloquentissimus: in stilo heroico sublatissi-
mus: in rebus describendis cōpositissimus: idē ardens est &
cōcitatus. & sentētiis clarissimus: & ut inquit Quintilianus
oratoribus magis q̄ poetis imitādus: Qui qm̄ magis scri-
bit hystoriam q̄ figmenta cōponat: a nōnullis & maxime a
Seruio ex familia poetarū exterminat: ex quo & ipse apud
Martialem illudens ait: Sunt quidā qui medicunt nō esse
poetam: Sed qui me uendit bibliopola putat: At qui diuus
Hieronymus non solū poetam eum appellat: sed etiā ardē-
tem esse dicit: papinius in syluis oībus poetis Lucanū nō
ueret anteponere unico excepto Virgilio: in cuius cōpara-
tionē ita scribit: Quid maius loquor ipsa te latinis Aeneis
ueuerabit canentē: & alibi methaphoricos inquit Bethym
Mantua prouocare noli: hoc idē sensit Martialis inquit:
Phœbe ueni: sed quantus eras cū bella canenti: Ipse dares
latiæ pleetra secūda lyra: Enarrabimus itaq; diis bene auspi-
cantibus poemalucani poetæ Cordubensis: Tersum erudi-
tum: luculentū: Cuius lectio multū proderit: nec minus de-
lectabit: quod si ciceroni olim legere cōtigisset: nūq̄ profe-
cto scripsisset: Cordubenses poetas pingue quiddā somnia-
re: atq; peregrinū: ego in primis elaborabo enodare nodos
q̄ plurimos: quos uel paucissimi explicare potuerūt. Lectio
in lucani cōiuncta erit lectio epistolarū Ciceronis: & ita cū

poeta illustrissimo copulabit orator inclytissimus: de quo melius est tacere sicut de carthagine scribit hystoricus quã pauca dicere: de quo cum proximis annis multa dixerimus in præsentiariũ hoc solũ dixisse cõtenti erimus: Quod character ciceronis epistolicus ad eloquutionẽ in adolescẽtiõ/ribus scholasticis formandã ad facilitatẽ extemporalẽ com/parandã: est maxime cõducibilis: cũ leniter fluat: & ipsa epi/ftolarum dialectos habeat quandã quasi genuinã iucundi/ tatem: in quibus uincula quidẽ sunt: sed laxiora neq; tã nu/merosa q̃ in orationibus: & cũ epistolæ quottidianis uerbis texendæ sint: Cũ nihil accersitũ habere debeant: ut inquit Seneca nihil affectatum Ciceroniana in epistolis eloquutio facilis est & illaborata & ex quodã ueluti promptuario co/ piosissimo deprompta: quæ cũ imitanda sit & maxime imi/ tabilis Nemo nõ sperat se epistolarẽ Ciceronis eloquentiã effingere atq; emulari posse: uerũ ut inquit Oratius Sudet multũ frustra q; laboret ausus idẽ: Cæterũ cum liuius in epi/ftola ad filiũ scripta legendũ in primis esse Ciceronem præ scribat: Opinor me facturum operæ precii si ciceronis epi/ftolas publico auditorio hoc anno profitebor. ex quarum enarratione nõ parũ studiosi eloquẽtiæ iuuabũt: ipse equi/ dem quod ad me attinet omni studio uigilãtiaq; contendã ut oĩbus satisfaciã: ut neminẽ ad nostras lectiones audien/ das uenisse pœniteat: præterea quædã scitu digna annotabi mus: quæ ad epistolas componẽdas pertinere uidebunt: ut scholastici nõ solũ ex uiua ut aiunt uoce: sed etiã ex scriptis litterulas nostras quantulæcunq; sunt cognoscere possint: Sed iam tempus est ad ea nos transire: quæ enarrationi ipsi sint accõmodata: Quæ dum breuiter expono: quæso ut fe/ cistis adhuc diligenter attendite: mihi onerosum nõ est di/ cere: uobis molestum nõ sit audire. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione rhetori/ corũ continens laudationem eloquentiæ atq; Ciceronis.

s Aepenumero admirari soleo Viri circũspectif/ simi: q; cũ ex animo cõstentus & corpore: ani/ mũ: qui diuinus est paucissimi colant: corpus quod fluxum est & caducum q̃ plurimi: homi/ nes me hercle præposteris atq; peruersi: qui

id quod deterius est pluris faciunt: eo quod preciosius est: qui bona corporis bonis animi anteponere non uerent: qui in uoluptatibus belluinis summum bonum collocandum esse censent. At qui quanto rectius: quanto laudabilius est ita instituire uitam nostram: ut corpus animo ancilletur ut bona animi prima & in primis capeffenda esse existimemus: ut corpus causa animi: non animum causa corporis ab omnipotentissimo ac Ultramundano deo fabricatum esse credamus ut denique hominem interiore: hoc est animum: qui uerus homo est colamus ac honoremus: hoc in primis iubet Plato ille philosophorum deus hoc Platonius Apuleius factitandum esse demonstrat: hoc efficere debet quisquis de se ipso bene sentit. Cultura uero animi est: peioribus repudiatis meliora sectari: & id quod optimum est potissimum capeffere. Cultura animi est ingenuas disciplinas amplexari: cultura animi est ipsa eloquentia: quae una est de sumis uirtutibus: Quae sacra ac uenerabilis: quae rerum publicarum gubernatrix praecleara esse fertur: Quae M. Tullius primam artem appellat: Quae Cor. Tacitus autumat caeteris aliarum artium studiis esse anteponendam: in qua praesidium simul & telum est: Quo propugnare pariter & incessere possimus: Quae flexanima: Quae omnium regina rerum a luculentis scriptoribus nuncupatur: Qua qui praeditus est inter homines ut ita dicam deus putatur: qua denique efficitur. ut reliquis hominibus tanto praestemus: quanto homines bestiis antecellunt Eloquentiam ergo uiri praestantissimi totis uiribus capeffere eloquentiae dies ac noctes impendere: eloquentiae iugiter inuigilare debemus: hoc sit otium nostrum: hoc negocium: in hoc labor: in hoc quies reponatur: & ut oratianos uersus usurpamus: Hoc opus: hoc studium parui properemus & ampli: Si patriam uolumus si nobis uiuere chari. In cubiculum autem eloquentiae introducet nos ille qui clauis habet. M. T. Ci. Qui eloquentiae clauiger: imo alumnus: imo partus dici meretur. hic nobis cunctas eloquentiae diuitias referabit: cuncta peristromata explicabit: omnes ornatus ostendet. hoc duce hoc deprecatore nobis utendum est: si insinuare nos in amicitiam cum eloquentia concupiscimus. Hic enim ille est qui eloquentiam ipsam locupletauit: qui ad ornamentum patrii sermonis complura uocabula excogitauit: qualia sunt: beatitas: beatitudo: syllae

batim. & p̄ orizōte finiēdus: multa q̄ alia id genus: quæ pri-
mus Cicero commētus eē fertur: ideoq̄ incertum est: utrū
iple plus eloquentiæ debeat: an ipsi eloquentia: quem elo-
quentiæ archetypon & simulacrum nuncupare merito pos-
sumus: qui apud posteros id est consequutus: ut Cicero iam
non hominis nomen sed eloquētiae habeatur: de cuius lau-
dibus sicut inquit Salustius de carthagine: melius esset ta-
cere q̄ pauca dicere. & nos anno proximo non pauca cōme-
morauimus. Sed quoniam ut autumat Plato non nocet bis
dicere quod bene dicitur: & ut ait Seneca nunq̄ nimis dicit̄
quod nunq̄ satis: Repetamus in præsentiarum nōnulla de
Cicerone: quæ neq̄ uos audiuisse: neq̄ nos dixisse pœnite-
at. M. Antonius orator: cui uel primas eloquentiæ partes
maiores nostri tribuerunt dicere solebat: multos se uidisse:
disertos: eloquentē omnino neminem: eloquētiae uideli-
cet formam: quā animo cernebat: re ipsa uidere non pote-
rat. Utinā hic Antonius Ciceronem in foro romano cau-
sas actitantem: uel semel audiisset profecto dixisset hūc eē
illum: quem quærebat: quem nusq̄ uidere potuerat: eumq̄
non solum eloquentē: sed eloquentissimum: sed eloquen-
tiæ ipsius imaginem esse asseruisset: & merito. Nā ut facun-
dissime Quintilianus tradit: Cicero unus dono quodā pro-
uidentiæ genitus uidetur: in quo totas uires suas eloquen-
tia experiretur: qui effinxit uim Demosthenis: copiam Pla-
tonis: iucunditatem Isocratis: in quo omnes orandi uirtu-
tes congestæ fuerunt: quæ in aliis oratoribus singulæ con-
spiciuntur. Laudamus in Cæsare calorem: in Seneca copiā:
in Quintiliano diligentia: in Plynio nitorem. Laudauerūt
prisca in Gracho impetū: in Lelio lenitatem: in Catone gra-
uitatem: in Caluo sanctitatem: in Hortensio partitionem:
at. M. T. in oībus his quæ ī singulis singula laudant̄ est emi-
nentissimus: a quo omnis dicendi copia: uelut a copiosissi-
mo fonte p̄currit: a quo sicut de Homero cecinit Mauius:
omnis posteritas latices in pocula duxit: de quo id dici me-
rito pōt uerbis paulū immutatis: quod de Epicuro dixit Lu-
cretius: hic genus humanū eloquio superauit: & oēs restin-
xit stellas exortus ut æthereus sol. Et cum ab aliis scriptori-
bus rerū: ab aliis uerborū doctrina quærat̄: Cicero doctrinā

facundiamq; abunde suppeditat. Et cum tria sint genera di-
cendi: quos græci characteras appellant: Cū sint grandiloq;
qui sententiæ gravitate: & maiestate præpollent: Cū sint
graciles in quibus subtilitas ac uenustas est: Cum sint inter-
medii qui in confinio utrorūq; temperati florēt: in his om-
nibus Cicero absolutissimus cōsummatissimusq; conspicit.
Laudat Homerus in Ulixæ orationē quā niuibus hibernis
simillimam illo uersu esse pronunciat: instar erāt imbris flu-
itantiæ uerba niualis: Talis in Cicerone haud dubie esse co-
gnoscutur: uidelicet plena: larga: magnifica: excelsa: breui-
terq; cælestis: Pericles ab Aristophane poeta comico dictus
est: fulgurare: tonare: cuncta oratione pturbare: atq; misce-
re. Hoc idem de Marco Tullio dicere possumus: cuius sen-
tentiæ fulmina: uerba tonitrua mihi uidentur. Et sicut apo-
stolus Paulus tuba euangelii a diuo Hieronymo nuncupa-
tur: ita ipse tuba eloquētiæ nuncupari potest: in cuius labris
illam persuadēdi deam sessitauisse credimus: quæ a græcis
Pitho: a latinis Suada siue Suadela nominatur: quam ī ore
periclis apud græcos: in ore cethegi apud romanos sedisse
scriptores idonei tradiderunt. Merito igit rex oratorum &
latinae linguæ illustrator dictus est: Merito arcem eloquē-
tiæ tenere & ī iudiciis regnare existimatus: Merito ob eius
os Graii ora obuertebāt sua. Ex cuius libris deprēdere licet
ut Cornelius tacitus auctor est: nullius ingenuæ disciplinæ
scientiam ei defuisse. ille nō solum grammaticæ: & poeticæ
& rhetoricæ artis crateras ebibit: sed etiam auidissime hau-
sit crateram dialecticæ austeram: musicæ dulcem. geome-
triæ limpidam: & uniuersæ philosophiæ nectaream: quam
quidem philosophiam: cū romæ prius peregrinaretur: & ut
utar uocabulo Plautino tātummodo atticissaret: primus fe-
re romana ciuitate donauit: & latina lingua opulentam ac
pollentem fecit: nāq; uerbis pluribus græcanicis uerba lati-
na accomodauit. Quæ enī philosophi græce dicūt Cator-
thomata: Cicero latine Rectefacta nominauit: quæ illi Ca-
talepsis hic cōpressiones: quod illi Axioma hic p̄nunciatū:
quæ illi fantasias hic uisa nuncupauit: & sexcenta alia id ge-
nus primus effinxit. idē ut nihil intactū relinq̄ret iuri operā
dedit & de legibus uolumina cōcinauit. In oībus uero quæ

scripsit tanta autoritas inest ut pro ratione dicta ipsius habeant: ut iuris cōsulti pluribus in locis testimonio Ciceronis utant. Nāq; ī libro de uerbo. signi. definitio littoris ex eius sentētia cōprobat. & Digestis de origine iuris fit mētio orationis quæ p ligario scripta est. & in titulo de pœnis. exemplū orōnis p cluentio habito mutuant. Igit̄ cū tā uariis tāq; multiugis disciplinis esset refertissimus factus est cōsumatus orator: & ut dicā quod sentio incōparabilis. & quod de Varrone dixit Terētianus uir doctissimus undecūq; Varro id nos de. M. T. C. dicamus: Vir doctissimus uñcūq; Marcus q; mihi hac peculiari laudatiōe laudādus uidet̄ ut tribus hisce noībus cognoiet̄ quæ illi optīe quadrāt: uidelicet Polyhistor: Philosophotatos: Poligraphotatos. i. multiscius philosophiæ sciētissim⁹: & rerū plurimarū scriptor luculētissimus hic enī ille ē quē ob eximias excellētēsq; uirtutes oēs in cœlū laudibus certatī ferūt: de quo præconia poetarū uulgatissima celebrant. de quo ita cecinit Catullus disertissime romuli nepotum quot sunt quotq; fuere marce Tulli quotq; post aliis erūt in annis. De quo ita Lucanus. Romani maximus auctor Tullius eloquii. De quo Silius furialia bella. Fulmine cōpescet linguæ nec deinde relinquet Par decus eloquio cuiquā sperare nepotum. de quo epigrāmaticus poeta Martialis. Illud laurigeros ageres cū leta triūphos Hoc tibi Roma caput cū loquereris erat: Qui ita laudat̄ a Manlio. Et cēsū Tullius oris emeritus cælū. Quē cū græce declamātē Apollonius rhetor audiuisset mirabūdu paulisp obticuit: moxq; ī hæc uerba prupit. te nempe Cicero laudo & admiror: sed græcorū fortunæ me miseret: Cū uideo eloquētiā quæ uirtutū sola nobis græcis relicta erat p te Romā trāsmigrare. extat luculētū epigrāma: dignūq; ubiq; legi quod Tullius laurea Ciceronis libertus ī laudē p̄oni cōcinnauit cū aq; Ciceronianas oculis medētes: his uersib; celebraret Quotua romanæ uidex clarissime liguæ: Silua loco melius surgere iussauiret Atq; academiæ celebratā noīe uillā Nūc reparat cultu sub potiore uetus: Hic etiam apparēt lymphæ nō añ reptæ: Lāguida quæ infuso lumina rore leuāt: Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope. Vt quoniam totum legitur sine fine per

orbem: Sint plures oculis quæ medeatur aquæ. Quid multa? Nōne & Plynus Ciceronem extra omnē ingenii aleam collocat: & doctrinarum lucem appellat: qui in vii. natu. hysto. de laudibus Ciceronis luculentissimū scripsit elogium Et ab omnibus Ciceronianæ uirtutis amatoribus ediscendum: quod hoc est. Sed quo te Marce Tulli piaculo taceā: quoue maxime excellentem insigni prædicem? te dicente legem Agrariam: hoc est alimēta sua abdicarūt tribus. Te suadente roscio theatralis seditionis autori leges ignouerūt: notataq; se sedes ignominia discrimine æquo animo tulerūt: te orate proscriptorum liberos honores petere puidit. Tuū Catilina fugit ingenium: tu Marcum anthoniū proscripsisti. Salue primus omniū pater patriæ appella: primus in toga triumphum: linguæq; lauream merite: & facundia litterarum Latinarum parens: atq; ut dictator Cæsar hostis quondam tuus de te scripsit: omniū triumphorū laudem ad apte maiorem: quāto plus est ingenii romani terminos in tātū promouisse: q̄ imperii. Hæc obiter dicta sint de uiro nunq̄ satis laudato: cuius libros omnis diuinitus scriptos: Utinā tam studiose legeremus: q̄ studiose diuus Hieronymus lectitauit: qui ob id ipsum Ciceronianus ante dei tribunal meruit appellari: Sicut in libello ad Eustochium ipse meminit: & Rufinus affirmat. Cuius rei etiam mentio fit in Decretis distin. xxxvii. Nos uero ex immensa Ciceronianæ bibliothecæ silua Rethoricos ad Herennium potissimum excerpimus: quos publico auditorio hoc anno profiteremur: in quibus præcepta docendi oratorias artes plurima & pene omnia ad amissim perscribuntur: quos libros quidam non Ciceronis: sed alterius oratoris & potissimum cornificii esse contendunt: super qua re nūc mihi nō est disputandi locus: hoc uero exploratissimum est: hos libros rhetoricos: siue a Cicerone cōpositi fuerint ut Priscianus existimat: siue ab alio nescio quo: ut nōnulli ex neotericis autumāt: esse luculētos limatos emūctos & in primis cōducibiles ad docendā eloquentiā: quæ in canonicis scripturis argento comperat: quā sub nomine argēti ægyptiis eripiendā esse dñs præcepit: sicut ī Pétateuco & maxime in Exodo a Moyse relatū est: in Leuitico etiam primicias mellis

domino iubemur offerre quod tropologice significat dulcedinē eloquentiæ: qua nulla dulcedo mellea dulcior esse existimatur: cui omnis suauitas comparata fatiscet: & austeritatis ac amaroris plena uidebitur: hoc uerum esse oēs eloquentiæ professores affirmant: hoc nemo uestrum inficiabitur: ubi præcepta rhetoriæ optime didiceritis. Quā nōnulli in latinum transferētes: Tum oratoriam: tum oratricem nominauerūt. Eritis autē haud dubie eloquentes: si eloquentissimi oratoris uolumina in manibus frequenter habebitis: si Tullianæ lectionis eritis studiosissimi. ille enī ut Quintilianus ait se p̄fecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Lectiōni Ciceronis copulata erit lectiō siluarum: quas Papinius statius poeta neapolitanus: poetico quodam calore cōscripsit: unde & siluæ merito nūcupantur. Nā siluam prisca uocarūt poema stilo q̄ uelocissimo compositum. quādo poeta calorem sequens ac impetū: ex tēpore scribit: & ut inquit Plato in musæ tripode sedēs furoris afflatu cōcitur. Præterea silua in alia significatione: apud eruditos: accipitur p̄ ubertate ac copia rerum cateruatim cōgestarum. Vnde ait Cicero in oratore: omnis silua dicendi ducta ab illis est: & Tranquillus in libro de grammaticis reliquit inquit nō mediocrem siluā obseruationū sermonis antiqui. & diuus Hieronymus in prologo Iosue: & in prologo Paralypomenō siluam hæbraicorū nominum appellat multitudinem copiosissimam. in hoc uero poemate p̄inde ac in siluis nemoribusq̄ sunt cūcta cōgesta & agminatim coaceruata. incredibilis rerū recōditarū cōmemoratio imensa multiugæ doctrinæ descriptio historiarū: ac rerū scitu dignarū luculēta narratio. In summa q̄ plurima legunt̄ in siluis statii: quæ p̄phanū uulgus ignorat inq̄bus grāmatisæ allucinant̄: inq̄bus cōmētatores subinde labunt̄. hæc & id genus reliq̄ nos ea uigilātia eo studio ea diligētia explicare conabimur atq̄ p̄ uirili parte enodare curabimus: ut nullus auditorū n̄rorū enarratiōes n̄ras merito possit criminari. Cæterū qm̄ Ciceronis rhetoricos enarraturi sumus: ne illotis ut aiūt pedibꝫ: ī ipsa penetralia īgrediamur. de Cicerōis uita & obitu pauca dicamus quæ uobis uoluptati sit audiuisse: usui & ornamento meminisse: uos ut cœpistis q̄so diligent̄ attēdite. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione
Iuuenalis atq; Salustii.

u Et iustissimi græcorum uiri clarissimi maximos honores constituerunt nobilibus athlethis qui in ludis olympicis pythiis istmiis neemeis uictoriam reportassent. Nam cum palma & corona decorarentur in suas mox ciuitates reuertentes quadrigis triumphalibus inuecti conspiciebantur: & quoad uiuerent uectigalibus publicis alebantur: Quod me cogitantem subiit admiratio: cur non iidem honores uel potius maiores: luculentioraq; emolumenta constituta fuerint rerum scriptoribus: qui infinitas uoluptates cunctis mortalibus præstant: & de toto humano genere optime merentur: qui tanto athlethis anteponendi sunt: quanto animi corporibus antecellunt. Etenim ab athlethis corpora a scriptoribus animi exercent: illi corpora saginant: isti animis pabulum suggerunt copiosum: & solam immortalitatem aucupantur. Quocirca cum multum debeamus singulis singularum rerum conditoribus tum plurimum profecto debemus inuentoribus litterarum: quibus nihil præstantius: nihil excellentius: nihil utilius ullo unquam tempore excogitatum est. Enim uero litteris constat immortalitas hominum: & memoriam fulcitur æternitas: litteræ res multis retro sæculis a multis nationibus gestas nobis ostentant. litteris cognitio omnium disciplinarum præcepta est: commercium litterarum tolle ex hominibus: solem ex ipso mundo sustuleris. Huius tam excellentis tam necessarii boni quisnam fuerit repertor ambigitur. Alii a Mercurio litteras repertas arbitrantur. Alii a phœnicibus inuentas esse tradunt. Cuius rei argumentum est quod phœnicia litterarum elementa primi poetæ nuncuparunt. In græciam autem e phœnicia litteras Cadmum attulisse ferunt: mox e græcia in latium attulere Pelasgi. Quidam autumant litteras Assyrias fuisse semper. Ecclesiastici uero scriptores ab hæbreis repertas esse contendunt: Idque ualidissimo argumento probare nituntur: quod uidelicet apud hæbreos singula litterarum elementa aliquid significent quod neque apud græcos: neque apud latinos ullo modo fieri potest. uerbi gra

tia. Prima hæbreorum littera aleph nuncupatur: quod latine significat disciplinam. Secūda beth: quod domus interpretatur. Gymel plenitudo. Deleth tabularū siue librorū. & ita reliquæ litteræ hæbreorum alicuius rei significatiuæ esse tradunt: quod neq; de græcis neq; de latinis fert̄. Hæc sunt quæ ab eruditis memorant̄ de origine litterarū: quibus qui imbuti fuerint: tantū illitteratis hominibus antecellūt quantū homines cæteris animātibus præstant. Cæterū ipse mecum interdum quærere soleo: quid est q̄ cum tot fuerit populi. Tot gētes toto terrarum orbe diffusæ. Tam paucae nationes in litterarum studio effloruerint. Soliq; fere græci & italici litteras excoluerint. Nāq; plures ut ego opinor in sola græcia Italiaq; scriptores extiterunt: q̄ in oībus aliis per longa sæcula nationibus. huiusce rei nimirum illa potissima causa esse creditur: aeris uidelicet subtilitas atq; temperies. Non enim temere dixit Heraclitus: aer sicciior: anima prudentior & melior. hinc thebani pingues ebetesq; existimati sunt: q̄ thebis cælum esset crassissimū. Cōtra attici putantur acutiores: q̄ Athenis aer tenuis atq; salubris. hinc septentrionales mētibus stupentibus esse tradūtur: q̄ propter cæli crassitudinem: imodicūq; aeris humorem refrigerent̄ quæ res haud dubie efficit animos tardiores ebetioresq;. Verum propter sanguinis humorisq; abundantia: ferro resistūt sine timore: E cōtrario qui proximi sunt ad axem meridiano feruentissimis æstibus obnoxii exiguum habent sanguinem: ideoq; timidiores sunt pauidioresq;: & quāuis sint animis acutissimis: summaq; solertia præditi: exustas tamen habent a sole uires animorum. Nimirum hoc illud est: quod philosophorum princeps Aristoteles scribit in Politicis: Gentes quæ in frigidis regionibus incolunt animo quidem abundare. Ingenii uero & artificii habere q̄ minimum. Asiaticos autem ingeniosos quidem esse: sed minime animosos: at genus græcorum sicut in meditullio regionis sitū est: ita aīo polere & ingenio. Italia quoq; cū inter septentrionalē: meridionalēq; plagā collocata sit mixtiōibus diuersis efficit̄ tēperatissima: quæ admodū Iouis stella inter Martē feruētissimū: & Saturnū frigidissimū media currens

temperata salutarisq; fit. Quocirca Italia omnium terrarum
alumna ac parens nuncupatur: Eadem cunctarum gentium in toto
orbe prima esse traditur: Quae omnes nationes sine controversia
antecellit: Viris foeminis ducibus artium praestantia inge-
niorum claritatibus. Ipsa uero urbs Roma ut inquit Am-
mianus Marcellinus Virtutum omnium fuit domicilium. Cum
uiri diuino pene ingenio praecelari: & etiam innumerabiles in
Italia per uarias aetates extiterint: Duobus potissimum tempo-
ribus quam plurimi effloruerunt. Videlicet circa tempora Augu-
sti & mox circa tempora Domitiani atque Traiani. Illa profe-
cto saecula aurea cognominari merito possunt: Illa felicis-
sima tempora nuncupanda: quibus Cicero: Asinius Polio: Cae-
lius: Messalla: Caluus: Iulius Caesar. M. Varro: & mox Vir-
gilius: Ouidius: Varro Attacinus: Propertius: Tibullus: &
sexcenti doctissimi floruerunt. Altera uero aetate non pau-
ciores extiterunt: Inter quos Quintilianus: Duo Plinii: Tac-
tus: Traquillus: Gellius: Martialisque excelluerunt: & in primis
Iuuenalis Aquinas: qui quemadmodum ipse poemate Satyrico
eluxit in hac posteriori aetate: ita in superiori Crispus Salu-
stius in scribenda hystoria immortalitatem sibi comparauit. Quos
ambos hoc anno ideo publice profiteri destinaui: quonia
ex utriusque lectione. Confido auditores maximam utilita-
tem cum uoluptate esse capturos. Nam Crispus Salustius
ob elegantiam inimitabilemque in scribendo breuitatem asse-
quutus est primas inter hystoricos partes: quod epigramma-
ticus poeta illo disticho expressit. Hic erit ut perhibet do-
ctorum corda uirorum Crispus romana primus in hystoria.
Etenim ita creber rerum frequentia est: ut uerborum prope
numerum sententiarum numero sequatur: ita uerbis quorum
nouator dictus est concinnus ita elegans ita pressus: ut ne-
scias utrum res uerbis: an uerba rebus illustrentur. Salustium
Quintilianus Thucydidi celeberrimo apud graecos non du-
bitauit opponere: in quo cum sit praecipua uirtus breuitas:
ut Seneca refert: hac eum Salustius uicit: ex cuius oratione
nil demum sine detrimento sententiae potest. Vnde haud inmeri-
to dixit Macrobius Salustium in genere dicendi breuissimo
dominari. Et magnam profecto iacturam passa est latina lingua
deperditis Salustii libris: quibus gesta romanorum complecte-

batur nobis tantūmodo supersunt illius diuini uiri Catilina atq; Iugurta. Salustius ab Augustino ita laudat: ut eum appellet nobilitate ueritatis hystoricum: Cuius orationes ut inquit Seneca leguntur in honore hystoriarum: quæ haud dubie uolumina indicāt quāta in scribēdo maiestate quāq; diuino fuerit decoratus ingenio: Sed quēadmodū in hystoria eximius est Salustius: ita in Satyra eminentissimus est Iuuenalis: Cuius poemate eruditissimo nobis abunde declarat: nō pauciora priscis temporibus q̄ nostris flagitia extitisse Nec flagitiosos pauciores. huius itaq; lectione affatim cognoscetur: quātis uitii illa ætas infecta fuerit: quantisq; libidinibus cōmaculata: ita ut uituperatio taliū flagitiorū: nobis maximo esse possit documento: ut quod turpe est fugiamus: quod honestū est id tota mente capiamus. Ex Satyrici poetæ lectione aperte cognoscemus id quod nos cōquerimur Maiores nostros conquestos fuisse. Videlicet corruptos esse mores Vigere nequitiam: luxuriam libidinemq; dominari. Maximam profecto nobis exhibebit utilitatem: nec minorē uoluptatē Iuuenalis: in quo eruditio mira est: Varietas rerū iucundissima: Stilus tersus. libertas Satyrica: Sententiæ scitu dignæ innumerabiles: Laudatio Virtutum: Vituperatio uitiorū. Enarrabimus ergo diis bene iuuantibus celeberrimū satyricū & hystoricum luculētū: & pro mediocritate huiusce meæ quantulæcūq; in p̄fitendo facultatis elaborabo ut cunctis satisfaciam: ut recondita illustrem: Et in primis quæ cōmentatoribus omissa sunt: uel parū diligenter interpretata: Ea enarrare conabimur. in summa illa omnia quali acūq; sunt: quæ longis uigiliis & iugi labore didicimus Vobiscū libentissime cōmunicabimus. Vos quæso aurium operam nobis accōmodate. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratiōe Quæstionū thusculanarū & Oratii flacci continens laudem musices.

m Agna res est ac uenerabilis: omniūq; mortaliū uotis expetenda Viri clarissimi philosophia: quā græci Ethicen: latini moralem nominauerunt: quæ cum animorū nostrorū medicina sit efficacissima: tanto reliquis disciplinis est excellentior: quanto animi corporibus antecellunt.

Nam cum constemus ex anima & corpore: Cuius corporis
seruitio animi utamur imperio: Magis nos decet animum
curare quàm corpus: Nihil autem peræque pertinet ad animorum
sanationem: quàm philosophia & ea potissimum: quæ de uita tra-
ctat & moribus. Siquidem cum plures perniciosioresque sint
animi morbi quàm corporis: qui dies noctesque nostras mentes
exedunt: Cùm cupiditatibus insatiabilibus sollicitemur: Cùm
perturbationibus innumerabilibus simus obnoxii: hos om-
nes morbos sola sanare potest philosophia moralis. Quæ
haud in merito uitæ dux: & uirtutis indagatrix expultrixque ui-
tiorum a luculentis scriptoribus nuncupatur. Cuius documen-
tis qui fuerit imbutus: is facile casus continet humanos: for-
tunamque floccifaciet imperterritus imperturbatus inuictus.
Et cum plura sint studia: quæ liberalia nominantur: quia ho-
mine libero digna sunt: Hoc unum philosophiæ studiū ue-
re liberale est: quod homines liberos facit sublimes fortes
atque magnanimos. Quocirca illi ualde uituperandi esse cre-
duntur: quorum corpora in sagina sunt: animi in macie ue-
ternoque tabescunt: apud quos appetitus rationi imperat: Vir-
tus uoluptati obsequitur: Corpus animo dominatur. Quorum
deus ueter est: qui in uoluptatibus libidinibusque summum bo-
num collocarunt. At quâto maiores nostri prudentiores
laudabilioresque extiterunt: qui uirtutem ad beate uiuendum so-
lam sufficere crediderunt: qui unicæ philosophiæ diuitias
omnes postposuerunt: Solam uirtutem contemplantes: Soli sa-
pientiæ inhiantes: solam doctrinam amplexantes: Inter quos
imprimis Socrates philosophorum fons nuncupatus excelluit
qui primus philosophiam deuocauit a cælo: Docuitque de uita
& moribus rebusque bonis ac malis inquirere: Nam cum phi-
losophiæ tres partes esse tradiderint eximii scriptores. Phy-
sicen: Dialecticen: atque Ethicen: quarum physice: quæ a no-
bis naturalis appellatur rerum naturam perscrutat: Dialecti-
ce: quæ rationalem nominamus: proprietates uerborum stru-
cturamque requirit: Ethica quæ dicitur moralis animum com-
ponit atque omnes animorum perturbationes sedat: hanc po-
stremam Socrates complexus est: Ethicam Socrates in scho-
lis edocuit: ethicam adamauit illustrauit: excoluit: ad quam
cum transfiret. illud uulgatissimum usurpauit. Quæ supra nos

nihil ad nos: tanq̄ sola philosophia moralis esset mortali-
bus maxime necessaria atq; frugifera: plurimumq; utilitatis
afferret: Cum reliquas partes multum nō probaret. Ideoq;
neq; de natura rerum neq; de altioribus sublimioribusq; re-
bus Socrates unquā disputabat: sed de sola morali philoso-
phia assidue differebat ac meditabat. Cuius discipulus diui-
nus ille Plato doctoris dogmata in omnibus fere uolumi-
nibus mirabiliter expressit: Eiusq; ingenium uariosq; ser-
mones immortalitati cōmendauit: Cum ipse litteram So-
crates nullam reliquisset. Cæterum philosophia omnis ac
reliquæ liberales disciplinae diu in solis græcorum gymna-
siis floruerant: diu a solis græcis tractatæ excultæ illustratæ
sunt: Cum Romani latinicq; arma magisq; studia litterarum
exercerent: Cum imperium magis propagare q̄ disciplinas
percipere meditarentur. Antiquitus sophia dicebatur quæ
nunc philosophia nuncupatur: Et qui hanc profitebantur So-
phi. idest sapientes appellati: primus Pythagoras philoso-
phiam nominauit seq; philosophum hoc est sapientiæ stu-
diosum: a quo illud philosophiæ genus emanauit: quod ita-
licum scriptores appellant: ab eo q; Pythagoras ut plurimū
in italia philosophatus sit: Cū ionica philosophia ab Anaxi-
mandro defluerit discipulo thaletis Ionici. Cæterum cum
indies magis ingenia græcorum efflorescerent: Cum stu-
dia litterarū magis ac magis excolerentur: apud athenien-
ses illos Catos atq; legiferos domiciliū philosophorum cō-
stitutum est. illic academia Platonis. Lycium Aristotelis:
porticus Zenonis effloruerunt: ex ea ciuitate cōplures phi-
losophorum sectæ tanq̄ ex equo Troiano innumeri princi-
pes prodierunt. illinc academici hoc est Platonici ab acade-
mia schola nūcupati: illinc Stoici a porticu Zenonis nomi-
nati: illinc peripatheci ab ambulatione Aristotelis nomē for-
titi pcesserūt. illinc secta Epicureorum: illinc manauit secta
cynicorū: quos ita a probris moribusq; caninis appellitaue-
rūt: quorū princeps & auctor perhibet Anthistenes & illu-
strator Diogenes. In atticorum gymnasiis dogmata philo-
sophorum didicerunt Aristippus cōditor cyrenaicæ sectæ
Archefilaus princeps nouæ academix: phedon a quo helia-
ca secta pfluxit: Euclides a quo megarica: & Menedemus:

quem auctorem eretricorum secta concelebrat. & ut semel
finiã: nulli fere illustres philosophi extiterũt: qui nõ Athe/
nas studioꝝ causa ꝑficiscerent. Illic diu litteræ habitarũt: il
lic philosophia habuit domiciliũ: illic ingenuæ ac liberales
artes diutissime diuersatæ sunt: quæ sero quidẽ: sed tñ aliqñ
ad romanos trãsmigrarũt: qui ut erant omniũ utilitatũ: ac
uirtutũ rapacissimi cognitis græcoꝝ disciplinis incredibili
litterarum studio flagrare cœperũt: multiq; philosophiam
latinis litteris excolere atq; illustrare conati sunt. Sed duo
potissimũ excellẽti ac pene diuino ingenio uiri id efficere
potuerunt. M. Varro qui a Terentiano undecũq; doctissi/
mus nuncupat: & M. T. Cicero extra omnem ingenii aleã
collocatus: qui cũ oratoriam disciplinam illustrauisset: phi
losophiã quoq; sua industria illustrandã excolendãq; su
scepit. ut qui occupatus romanis profuisset: etiam ꝑdesset
ociosus. & cum ubiq; Platonis emulus ac imitator existeret
Dialogos in philosophia & potissimũ morali plurimos di
uinitus conscripsit: & in primis quæstionũ libros quinq; q̄s
a uilla sua Tusculana: quæ fuerat antea Syllæ dictatoris:
Tusculanas nõauit: quarũ lectio cum sit futura auditori/
bus utilissima ac saluberrima. Cũq; multũ eruditionis: mul
tum sententiarum: multũ exemplorum in his contineatur:
eas publico auditorio institui ꝑfiteri: meq; facturũ operæ/
preciũ esse censui si id pluribus mea industria cognitum fie
ret & apertũ: quod prius incognitũ erat & obscurum. Vos
itaq; hortor & moneo: ut Ciceronis libros lectitare edisce/
re & in manibus quotidie habere uelitis: hunc spectemus:
hoc ꝑpositum nobis sit exemplum: ille ut Quintilianus ait
se ꝑfecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Cæterũ q̄tum Ci
ceronis lectio nobis utilitatis ẽ allatura: tãtũ carmina Ora
tii flacci modulata afferent iucũditatis: & quẽadmodũ phi
losophia salubris ẽ: ita musica delectabilis. Cuius dulcedine
cũcta uiuẽtia capiunt: cuius origo cælestis m̄orat: ipsiusq;
rõne mũdũ eẽ cõpositũ pythagorici uulgauerũt. Vñ Theo
logi nouẽ musas esse dixerũt ꝑpter octo spherarũ cælestiũ
mũcos concẽtus & unam maximã continentiam: quæ cõ/
stat ex omnibus: quã armoniã nominauerũt: Cælũq; ipsum
canere asseruerunt. Musicam antiquis illis temporibus in

ueneratione maxima fuisse memoriae proditum est: ac maximos duces fidibus tybiisq; cecinisse: quin etiam apud priscos tam graecos q; Romanos in conuiuiis post cenam lyra circumferebat: qua laudes atq; uirtutes uirorum fortium canebant: qua cum olim themistocles recusasset habitus est indoctior. Contra laudatus Epaminondas q; Cytarizare & cantare ad chordarum sonum esset eruditus. Socrates quoq; iam senio confectus institui lyra non erubuit: & Plato civili uiro quem politicum uocat: in musica credit esse necessariam: Et Aristoteles in politicis autor est Musicam inter disciplinas ingenuas esse collocatam quam una cum litteris & gymnastica adulescentes priscis temporibus discere consueuerunt. & si uolumus (inquit Idem) degere in ocio. Musica est adhibenda: quae habet naturalem uoluptatem quae ex iucundissimis est: quam Museus dulcissimam dixit esse mortalibus: Musica antiquitus sacrificiis ac funeribus adhibebatur. Musica curas abigit: clementiam suadet: & ad leniendos affectus plurimum ualet: & ut inquit eleganter apud philostratum Canius tybicum: Musica in rebus adimit moerorem: hylares efficit hylariores: amatorem calidiorum. religiosum ad deos laudandos paratiorum: eademq; uariis: moribus accommodata animos auditorum quocumq; uult sensim trahit. Pythagoricis certe moris fuit animos ad lyram excitare uel lenire: neq; solum perturbationibus animorum: sed etiam corporis morbis medetur musica modulatio: Cum ad febrim quoq; ac uulnera cantiones quotidie adhibeant. Quapropter laudandus est Xenocrates: qui organicis modulis lymphaticos liberabat: & Asclepiades: qui tubarum cantu surdissimis medebatur. Theophrastus quoq; ad affectiones animi moderandas: tybias adhibuisse fert: Quin etiam traditum est Taletem Cretensem cytharae suauitate morbos ac pestilentiam fugauisse. & cantus tybicinum mederi credunt ischiacis: & in instrumento ueteri scriptum est: quemadmodum dauide cytharizante Saul refocillabatur a furore demetiae: quo identidem corripiebat. Quid nonne bella musicis modulationibus accendunt? quid aliud in R. legionibus litui tubae cornuaq; moliebant? Quorum concentus equos militesq; pariter acuebat. Praeterea cretae ad cytharam dimicabant: Lacedaemonii in graecia: in Italia Sybaritae ad tybias. Nonne amazones ad

calamos arma tractabāt. nōne halyattes lydorū rex: ut au-
ctor est Herodotus in exercitu habuit cōcinentes fistulato-
res atq; fidicinas. Thymoteus quoq; Musicus eruditorum
præconio celebratur: q̄ Alexandrū magnū musici cantus
modulatione ad arma corripienda inflāmaret idē inflāma-
tum mutatis modulatibus cohiberet. Quid pacis munia nō
ne apud antiquos musicis cantibus celebrata fuere? Etenī
plures græcorum ciuitates ut Martianus affirmat ad lyram
leges decretaq; pu. recitabāt: Quid multa? Musicēs discipuli
na nō solum homines uerumetiā bruta animalia demulcet
cerui fistularū cantu capiunt. Delphines musica arte mul-
centur. Aues fistulis alliciūtur. Architectus quoq; cytra mu-
sicen perfectus non erit: quæ in primis efficax est ut inquit
Vitruius ad balistarū catapultarū scorpionū temperatu-
ras: hydraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit si-
ne musicis ratiocinationibus: Cū ergo inter hoīes reliqua
q; animātia musicæ tanta sit dñatio: eiusq; dulcedine capiat
omne quod uiuit: Celeberrimi scriptores extiterūt: qui ad
lyram carmina cōponerēt: & rythmis musicis numerosq;
modulatiōibus sua scripta cōtexterēt. Quod nō solū a græ-
cis latinisq; Verumetiā ab hæbreis factitatū. Tanta quippe
est suauitas tantaq; uoluptas musicæ modulationis. Quid
enim psalterio Dauidico modulatius? Quid canorē magis?
Quod in morē Oratii Pindariq; decurrit? Quid Deutero-
nomii & Esaiæ cātico pulchrius? Quid Salomone grauius?
Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & penthame-
tris uersibus ut eruditi testant: apud hæbreos cōposita citra
Salebrofam aspredinem progrediunt. Cæterum cum anti-
quiores numeri rusticis & incōditis similes essent: poetica
ut auctor est censorinus: ueluti legitima musica composi-
tior magisq; modulata profluxit: quæ modulatione metri-
ca asperitudinē leuigaret & cūcta uenustaret. etenim ryth-
mos numerosq; musicos ac pædes peculiariter cōplexi sunt
poetæ illi qui lyrici cognominant ab eo quod ad lyram il-
lorum carmina condecenter canebant: quorum apud pri-
scos tanta fuit copia ac tantus numerus: ut Cicero neget si
sibi duplicetur ætas se habiturum tempus: quo lyricos poe-
tas omnes perlegat: quorum apud græcos longe pindarus

princeps extitit: apud Latinos Oratius: qui ut auctor est Quintilianus fere solus lyricorum poetarum legi dignus est. nam & insurgit aliquando & plenus est iucunditatis: & gratiae & uariis figuris & uerbis foelicissime audax. Idem in Satyra scribenda tersus & purus: & ad notandos hominum mores praecipuus. In eo graues crebraeque sententiae. Eruditio uaria & multiplex: elegantia cum nitore tersissima. Oratii itaque poemae canorum non minus delectabit quam proderit. Non minus animo quam auribus pabulum suppeditabit: Cuius lectio non minus frugifera erit quam iucunda. Ego uero pro uiribus conuictarum in enarratione Ciceronis & Oratii cunctis auditoribus satisfacere: & nihil earum rerum prorsus omittere: quae ipsorum declarationi sunt futurae accommodatae. Vos ipsi testes eritis locupletissimi: quos omnis rogo & hortor: ut tam libenter audire uelitis: quam nos diligenter cuncta enodare curabimus. Sed iam nonnulla scitu digna de Cicerone dicemus: paulo post de Oratio flacco dicturi. Vos ut cepistis quaeso attente audiatis. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione Persii poetae Satyrici.

m Vltimae res sunt parui corporis Viri Calrissimi: quae rebus magnis proculdubio anteponuntur: & multo praeciosiores esse iudicantur. hoc in primis gemmae lapilli que testantur. Quid enim est minutius carbunculis? quod breuius adamante? quod hiacyntho magis pusillum? & nihil tamen his praeciosius nobiliusue reperitur. Scribit eloquentiae parens Homerus Tideum paruo fuisse corpusculo decoratum: In quo tamen anima esset maxima: & uires ingentissimae. Unde deceter in priapeis a poeta scriptum est:

Vtilior Tideus: qui si quid credis Homero:

Ingenio pugna Corpore paruus erat.

Et a papinio non minus uere quam diserte dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Et Xantypus lacedemonius: qui breui statura erat ita laudatur a Sylio.

Exiguus uigor admirabile membris:

Viuidus & magnos nisu qui uinceret artus.

Enimvero mihi curiosissime circūspectanti & diligētissime pensitanti uidet̄ res fere omnes uirtute magisq̄ magnitudi-
ne æstimādas esse ac metiendas: neq̄ quæredū quantus sit
quisq̄: sed qualis: neq̄ q̄ procerus: sed q̄ probus ac eruditus.
quis unq̄ librū laudauit ob id tantūmodo q̄ magnus foret
ac copiosus? quis orationē duxit esse luculentā p̄pterea q̄
uerbosa esset & enormis? quis poema ob magnitudinem
ubertatēq̄ celebrauit unq̄? nemo mediussidius uel modice
eruditus id asseruit. Immo cōtra laudamus libellos qui sūt
diserti eruditi & doctissime cōcinnati: eosq̄ haud dubie an-
teponimus maximis uoluminibus: in quibus nulla sit eru-
ditio minimaq̄ faciūdia. huiusce autē rei nobis locupletissi-
mū quotidie testimoniū exhibet Persius poeta Satyricus:
qui quāto minor est: tanto est elegantior: quāto minus ha-
bet ponderis: tāto plus habet auctoritatis. Vnde luculente
cecinit epigrāmaticus poeta Martialis.

Sæpius in libro memoratur persius uno:

Quam leuis in tota marsus amazonide:

Et de eodem Quintilianus ait. multum & ueræ gloriæ quis
uno libro Persius meruit. & a diuo Hieronymo Satyricus
disertissimus nūcupat̄. nec ī merito. nā & sanctitate scribēdi
& sentētiarū grauitate & uerborū pondere & Satyrica urba-
nitate nulli postponendus esse uidet̄. insectat̄ uitia: Sontes
Carpit: præceptis legentiū aīos sanctissimis format & im-
buit. aliquāto subobscurus esse credit̄: p̄pter hominū tēpo-
rumq̄ inscitiā & rerū ignorationē. Sed si quis curiosius poe-
ma luculētū introspexerit p̄culdubio cognoscet id esse ter-
tissimū atq̄ elegātissimū: quod ut opinor: ubi a nobis enar-
ratum fuerit: facile omnes iudicabitis uerissima esse quæ di-
cimus: & p̄fecto post enarrationem Iuuenalis: nullus no-
bis scriptor magis idoneus ipso Persio occurrere potuisset.
uterq̄ Satyricus: uterq̄ in eodem scribēdi genere uersatur:
uterq̄ uitæ mortaliū formandæ accommodatissimus est.
Enarrabimus itaq̄ diis bene iuuātibus Persium Satyricum
poetam: Cuius opusculū nō minus nobis iucūditatis dabit:
q̄ utilitatis: qui nō minus gratus erit uobis audiētibus: q̄ no-
bis enarrātibus. Sed ne morosior sit p̄logus q̄ poema iam
interpretationem ipsam inceptabimus: Vos quæso dili-

genter attendite. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio dicta apud rectorem scholastici
conuentus ineuntem scholasticam praefecturam.

m Aiores nostri qui rem publicam Bononiensem
instituti optimis legibusque formarunt: Cum
uideret bona animi corporis bonis longe esse
anteponenda: solertissime ac prudentissime
sanxerunt: ut gymnasia constituerentur: quae
essent domicilia doctrinarum: & asyla bonarum litterarum: in
quibus uiri sapientes ac eruditi ingenuas disciplinas pro-
fiterentur. Sed quia sine gubernatore nauigium periclitatur:
Sine auriga quadrigae praecipites ruunt. Sine rectore cun-
ctae labascunt atque uacillant: Ideo iidem illi conditores an-
nuos gymnasiarchas hoc est praefectos gymnasii litterato-
rii esse uoluerunt: qui ordini scholasticorum honestissimo
praeficerentur: qui cuncta ad scholasticos pertinentia aucto-
ritate regerent: prudentia pensitarent: dexteritate modera-
rentur. Mos hic optimus tanquam per manus posteriorum in ho-
diernum usque diem propagatus est: nuperrimeque omnium
suffragiis atque consensu designatus fuit Rector utriusque scho-
lastici conuentus: hoc est tam italicorum quam prouincialium
Vir Magnificus ac circumspectissimus Thomas Anglicus:
uel ut latine loquar Britanicus qui & natalibus & familiae
nobilitate clarissimus est: idem fortunae bonis opulentus:
Animi dotibus excellens: Cui genitale solum Anglia est:
quam maximam illustrissimamque esse insularum nullus igno-
rat: Cui antiquitus albion nomen fuit: quam mox britaniam
nuncupauerunt: a qua omnes uicinae insulae britaniae nomi-
nae fuerunt. Angliam uulgo recentiores appellitant. Re-
gio est clara latinorum graecorumque monumentis: foecunda
frugibus. Copiosa pecoribus: Referta auri argenti plum-
biisque metallis: ex qua escaria uasa generosa olim roma mis-
sitabantur: quae bascaudae ab eruditis nuncupantur. exter-
norum imperium semper aspernata: indigenis contenta
principibus: ingenia britanorum non fraudulenta sed sim-
plicia laudauit antiquitas. In re militari praestantissimi fue-
re. Non equitatu modo peditatuque polentes: sed etiam cur-
tibus: quos partim comuos uocitant partim effeda instructi

præliabatur: quo genere pugnae usi sunt/ aduersum Cæsa-
rem dictatorem belligerantes: Inde Eshedarii Couinariq;
ab hystoricis nominati. In studiis litterarum neq; hebetes
neq; obtusi iudicati sunt. Cum ex aere temperato ingenioq;
acumen uegetet: hinc ut opinor exiit illud uulgatissimum.
Gallia cauidicos docuit facunda britanos.

dies me deficeret si singillatim minutatimq; recensere uel/
lem: quibus dotibus ac bonis fuerit decorata britania: uel
ut a neotericis dicere didicimus: Anglia: quæ per longa
retro sæcula multos uiros generosos procreauit: hac ue/
ro tempestate hominem nobis dedit summa nobilitate:
summa dignitate: summa uirtute præditum Thomam: qui
hodierno die Init magistratum honoratissimum gymna/
sticae præfecturæ gubernacula moderaturus: ut non solum
pro rectore: sed etiã pro rectoribus præsit scholasticis tam
italicis q; prouincialibus: & instar boni gubernatoris nau/
gium dirigat in portum tranquillissimum. Ingenui homi/
nis mores: Auita nobilitas: adolescentia modestissima pro/
bitas circumspecta: Virtus excellens pollicentur ac spon/
dent habituros nos talem rectorem: qualem nec probatio/
rem nec meliorem nec amabiliorem optare possemus. Su/
perest ut scholastici omnes ei præsto sint ac obtemperent
tanq; legitimo Rectori: ut ipsi ab eo tanquã scholastici ha/
beri mereantur. Scitum est illud domitii oratoris. Cur ego
te inquit habeam ut principem: cum tu me non habeas ut
Senatorem? illud corpus bene compactum est in quo capi/
ti membra consentiunt. illa res publi. optime instituta: in
qua deteriores melioribus obsequuntur: ille scholastico/
rum conuentus bene moratus beneq; cõstitutus iudicatur:
in quo scholastici rectorem uenerantur: rectori præsto sunt
Rectorem tanq; ducem affectantur. hoc si fiet: ordo schola/
sticorum erit apud nostrates fauorabilior: Rector ipse ue/
nerabilior: & Gymnasio Bononiensi pristina dignitas re/
stituetur: quod olim gymnasiis Atticorum Alexandrino/
rum atq; tharsensium: quæ antiquitas admirata est meruit
æquiperari. Te autem clarissime Rector. non moneo. non
hortor. nec enim tu meæ indiges aut monitionis aut horta/
tionis. sed tuapte sponte currẽtem incito stimulo impello:

ut tutelam gymnasii gymnasticæq; dignitatis tota mente suscipias: susceptam ita foueas ac modereris: ut celeberrimus hic ordo scholasticorum tua diligentia. probitate uigilantia conformetur. augeatur. Illustretur. non deerunt tibi suffragatores ad oia peragenda illustres principes mei Bentiuoli cum genitore absente praesentes filii: quorum fulgorem nuper fortuna paulum obrubilauit: ut purior deinde lucidiorq; enitesceret. Sicuti solem uidemus interdum post dispulsam nebulam: post dissipatas nubes: post edomitam coacti aeris crassitudinē fulgere splendidius: Radiare flagrantius: Torrere uehemētius: Tu magnifice rector enitere meditare contende ut expectationi: quam de te concitasti satisfacias. id erit tibi tuæq; genti maximo ornamento & successoribus exemplar esse poteris ad imitandum. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita dū Rector scholasticus nomine Melior accepit magistratus insignia.

e Gregia res est Viri praestantissimi atq; laudabilis Rebus omnibus administrandis aliquē praeficere qui cuncta prudenter examinet: docte dispenset: sapienter administret: Cuius nutui ac iussis reliqui obediant atq; obsequantur quem unum cuncti sectentur ut ducem. colāt ut principem Reuereātur ut rectorem. hoc in rebus etiam minimis licet inspicere. nauis unum habet gubernatorem: Cuius peritiæ nauæ omnes ac remiges obsequuntur. Arx unū habet praefectum: qui reliquos custodes in officio continet: Et nullus ab eius praescripto uel digitem transuersum discedere tētat. Et ut ad maiora ueniamus. Nulla ciuitas bene potest gubernari sine magistratibus: Nulla castra sine imperatoribus. Nulla prouincia sine praesidibus. nihil est profecto praestantius. nihil utilius bono sanctoq; rectore: qui subiectis concordiam suadeat. bonitatem laudet: Virtutes praecipiat & officia capeffēda praescribat. Merito itaq; uiri clarissimi laudandi sunt Bononiēses: qui inter reliqua sancte prudēterq; instituta hoc in primis sanxerūt atq; instituerūt ut ornatissimus ordo scholasticorū rectorē habeat: q; sua prudentia atq; solertia cūctos regeret ac moderaret: qui faciēda praecipet

uitanda monstraret: sub cuius oculis atq; uigilantia schola/
stici uitam in litteris quieteq; traducerent: & illius præce/
ptis obedienter obsequerentur: hoc cum per multos annos
diligentissime in urbe nostra custoditum sit. Nuper quoq;
ut maiorum uestigia custodirentur: Designatus fuit rector
uir præstantissimus & omni laude cumulatus: qui cele
berrimo scholasticorum ordini præficeretur: de cuius uir/
tute moribus atq; præstantia abunde iudicatum esse uide/
tur: Cum eum nõ solum pro rectore: sed etiam pro rectori/
bus elegerint & omnibus suffragiis declararint: qui solus
officio fungeretur utriusq; rectoris: & illius qui italicis scho
lasticis præest: Et illius qui prouinciales moderatur. Ego
uero uiri circumspexitissimi magnopere laudo consilium il/
lorum: qui uice duorum præfectorum Vnicum tantũ præ/
fectum scholasticorum creandum esse duxerunt. Neq; enim
ulla potestas potest habere consortem. & hoc nobis ipsa re/
rum natura demonstrat. Rex unus est apibus: & dux unus in
gregibus: & in armentis rector unus: Vnum grues ducem
sequuntur ordine litterato. Quid multa? unus est mundi re
ctor atq; gubernator beatificus in nominabilis ultra munda
nus: qui solus cuncta rone dispensat. uirtute gubernat: nutu
moderatur: Talis itaq; erit in laudatissimo scholasticorum
ordine regendo: hic nuperus rector: qualis est in gubernan
da naue gubernator. in custodienda arce præfectus. in regen
da ciuitate magistratus. in administranda prouincia præses.
hic cum in iuuenili ætate nestoream habeat sapientiã: Cum
bonitate nomini respondeat: cū sit ex omni parte laudabi
lis: omnia illa strẽnue & diligẽter efficiet: quæ magistratui
suo accommodata: quæ clarissimo ordini scholastico con/
ducibilia. quæ honori & dignitati conuenientia esse cogno
scet: Valete.

Philippi Beroaldi oratio ad Tribunos plebis.

Nil mihi Viri clarissimi solet esse iucundius. ni
hil antiquius. q̄ in celeberrimo cõuẽtu qualis
n hic est: q̄ corã magistratibus: quales estis uos
de re publi. capeßenda contionari: de qua is
quoq; bñ mereri uidet: qui oratiõẽ utit ad ani
mos eor: qui magistratũ in eũt incitãdos: Cotis uice fugẽs:

quæ ut inquit Oratius Cū ipsa exors secandi sit: ferrū tamē
acutū reddere potest: quāobrem hodierno die hoc dicēdi
munus mihi iniunctū libentissime subiui: & eo quidē liben
tius q̄ de magistratibus qui sacrosancti: de Tribunitia pote
state: quæ amplissima: de Tribunorū iure: quod populare
est: mihi dicendum esse uideo: nec ignoro quid hic locus:
quid ista contio: quid dignitas uestra postulet: & quid me
ipsum decere uideat: quocirca diligentissime p̄spiciā: ut neq̄
ineptus appareā neq̄ nimis effusus neq̄ nimis astrictus fui
se depræhēdar: & ut ordini tribunorū satisfaciā pro uirili par
te conabor: qui inter cæteros popularium magistratuū or
dines est eminētissimus: quod sacrosanctum collegiū haud
dubie declarat: maiores nostros multa per se prudētissime
cōstituisse aut accepta ab aliis meliora reddidisse. Nā quan
ta inter Romanos Tribunos & nostrates: qui ab illis fluxe
runt differentia sit quæso diligenter attendite.

Romanis discordiæ ciuiles & intestina dissensio Tribunos
ple. pepererūt: quādo in sacro mōte Romana plebes: quæ
a patribus uexata secesserat: peculiare sibi magistratus cre
auit: Qui Tri. plebis nūcupant. Nobis uero Iura leges atq̄
concordia Tribunos ple. tradiderunt. Apud Romanos ne
mini patricio Tribunatum capere licebat utpote plebeium
magistratum. Ideoq̄ Clodius perniciosissimus. Tri. ple. Iu
dicatus: Qui relicta claudia gente patricia. C. Fonteio ho
mini plebeio se in adoptionem tradiderit ut Tribunatum
cōsequeretur. Atqui apud nos plebei patriciq̄ promiscue
Tribuni designantur. nullo liuore: nulla contentione: nul
la discordia. Romæ ab initio Tribuni tres tantūmodo fue
runt a quo numero Tribunos nominatos iure cōsultus opi
natur: uel ut Liuius Dyonysiusq̄ tradiderunt quinq̄: quorū
numerus ad decē usq̄ peruenit: quibus annua est finita po
testas. Nostra autem ciuitas cum in regiones quattuor di
stinctas sit: ex singulis quaterni eliguntur: quorū auctoritas
quattuor mēsiū interuallo concluditur: ita fit ut quotan
nis duo de quinquaginta. Tribunos ciuitas nostra sortiat:
quæ cū a Romanis. M. fuluio & C. Manlio cōsulibus Co
lonia latina deducta fuerit in creandis magistratibus & po
tissimum Tribunis religiosior atq̄ fæcundior ipsa parente

fuisse cognoscitur. Quanto Bononienses beatiore Philip-
pus macedonum rex inclytissimus esse dixisset: qui beatos
Athenienses nuncupabat: quod singulis annis praetores decem cum
imperio crearent: & ex suis ciuibus facillime reperiret. Prae-
terea apud Ro. Tribunorum ple. potestas magis ad impedi-
endum quam ad agendum erat accommodata: ut Plutarchus & appia-
nus memoriae prodiderunt: & ut Cicero meminuit ita consuli-
bus erant oppositi. Tri. quemadmodum apud Lacedemonios
ephorum aduersus reges collocati: Et cum Tribunis intrare cu-
riam non liceret: ante ualuas positos subsellis Senatus decre-
ta pensitantes quam plurima rescindebant nec rata esse patiebantur.
Contra nostri quae agenda sunt agunt. Quae omittenda pa-
riter omittunt: Consulibus uero aliisque magistratibus adeo
coniuncti adeo conexi: ut ad res quam plurimas obeundas illis ad-
iutoribus utantur: & non pauca ex illorum consilio administra-
re comperiant. Quam ergo uester o Tribuni quam Romanorum
Tribunorum maior est ordo quam numerosior quam com-
positior: tanto uos magis eniti decet ac elaborare: ne uirtu-
te ac rebus agendis inferior iudicetur. Et quoniam discordia
ordinum uenenum est ciuitatum: Quae Romanos. Tri. cum con-
sulis altercantes saepissime labefactauit: Vos concordiam
potissimum custodite. sit inter uos omnes in administranda
re pub. stabilis & firma consensus. in ore atque animis uestris
uersetur semper salustiana illa sententia: qua hystoricus ille
clarissimus demonstrauit. Concordia paruas res crescere:
Discordia maximas dissipari: propter quam. M. agrippa se ui-
rum bonum factum esse gloriabatur. Vobis exemplo sit
prudenter illud Siluri factum: Qui. lxxx. filiis deco-
ratus cum iam morti proximus esset: Virgarum fascem uni-
cuique natorum porrexit iubens ut illum confringerent. Id
autem singulis facere nequeuntibus: ipse sigillatim uirgas
omnes facile confregit: quo callidissimo commento solertis-
simus pater filios admonuit eos firmos ac potentes tantisper
futuros: dum inter se concordem & animis conglutinati esse per-
seuerarent: imbecilles uero & infirmos si discordia seiunge-
rentur. O diuina concordiae uis quae dissipata connectit infir-
ma corroboret: sine qua magistratus non salutare: sed detri-
mentosi in suis urbibus efficiuntur. Conspirate itaque Tribuni

& uno consensu descendite ad rem publi. capeffendā: quæ omnibus profecto rebus anteponenda est: Cuius causa. M. lepidus. Cum. M. fuluio Collega: quo die censor factus est homine inimicissimo statim rediit in gratiā: & similitates inimiciciaſq; deposuit. induite personam publicam exuite priuatam. Mens ueſtra præter publicum commodum nihil ſpectet: huc oculos: animū: cogitationes: huc studia ueſtra conuertite: æquitatē uero in primis custodite & iuſticiā amplexamini: Sine qua ut inquit Auguſtinus: Reges Tyranni nuncupant. Sine qua optimatum conſenſus factio est: Sine qua nec domus nec ciuitas nec hominum genus uniuersum: nec ipse mūdus conſistere poteſt. iuſticiæ patrocinari est ipſam uirtutem colere. Cuius hæc uis est efficacissima: Hoſtem eſſe atq; inimicum hominū morumq; malorum: Contra defenſorem hominū morumq; bonorum: Cōmoda præterea patriæ ſibi prima putare: Deinde parentum: tertia iam ſupremaq; noſtra. Quos lucillianos uerſus Tribuni non ſolum uobis ediscendos: ſed quottidie in manibus in ore in intimis præcordiis habendos eſſe cenſeo: & ſicut Cryſippus imaginem iuſticiæ faciendā eſſe docet: forma uirginali: aſpectu uehemēti: luminibus oculorū acrioribus: ita oportet magiſtratū: qui iuſticiæ antiſtes eſt: eſſe grauē ſanctum incorruptū: contra improbos nocētēſq; inexorabilē. enim uero concordī & iuſto magiſtratu nihil præſtantius nihil utiliſ in bene conſtituta re pub. reperiri poteſt. Discordi uero & iniuſto nihil pernicioſius. Concordes duce iuſticia. R. P. ſeruant incolumē. Discordes iniuſticia dominante labefactāt & euertūt. Eſtote ergo Tri. Iuſticiæ cultores acerrimi: & æquo honeſtoq; patrociniamini. in hoc uerſet oē ueſtrū ociū omne negociū: in hoc quies & labor reponat. in hoc ſtudiū & diligētiam collocatote: ſit quo ad fieri poteſt magiſtratus ueſter portus bonorū ſcopulus reorum: & qm̄ Tribunus popularis eſt magiſtratus populares uos plebico laſq; præbitote: & populi cōmoda pro uirili parte defendite Cæterū cū plures ſint rerū publicarū ſpecies: Platone & Ariſtotele principibus ita tradentibus: Cum ſit principatus regiſ quā monarchiam appellant: cum ſit optimatum quæ græce Ariſtocratia nūcupatur: cum ſit popularis ſtatus Cui

Democratia nomen est: cum sit oligarchia id est paucorum
quando magistratus a censu eliguntur: cum sit etiam tyrannica
administratio: uestrae sunt partes tribuni uestrum munus:
uestrae est diligentia: uestraeque uigilantiae eniti contendere el-
aborare pro uiribus: ut principatus huius urbis: qui ex aristocra-
tia democratiaque compositus est: nulli aliorum cedere nulli
postponendus esse uideatur. Tribuni pro populo excubare de-
bent: & munia rei publicae saluberrima capescere: id quod pri-
scorum romanorum instituta declarant: quibus nullum diem in-
tegrum tribunis plebis abesse roma licebat: quemadmodum
nec prouinciarum rectores extra prouincias abnoctare iura pro-
mittunt: ut uidelicet semper praesto essent: & si quando opus
foret: ne unquam eorum opera a plebeis desideraretur. hinc etiam
ianuae antiquitus die noctuque patebant tribunorum: tanquam por-
tus & refugium laborantibus semper paratum esset: quibus foret
opitulandum: quin etiam tribuni purpuram minime gestare con-
sueuerunt: ut popularis magistratus in omni uictu ac cultu po-
pularibus similis conspiceretur. Et ut Curio dicere solebat tri-
buno conuenit praebere se multitudini commodum atque tractabi-
lem & in aduendo se facilem: quod etiam a iuris consulto non
solum de praeside: sed de omnibus quoque magistratibus dictum
esse existimare debemus. plurimum in re publica administranda
ualet magistratus: maxima in rebus obeundis est magistra-
tus autoritas. quod in oculo pupilla: in naui gubernator: in
quadrigis auriga: hoc in ciuitate pollet magistratus. quem-
admodum oculoque acies sine pupilla ebentur: sine guberna-
tore nauis periclitatur: sine auriga currus saepe conuertitur. ita
sine magistratibus ciuitas labascit atque uacillat. Quid enim
aliud significat magistratus: quam rectorem ac rei publicae moderato-
rem. Vnde a magistrando id est moderando magistratus no-
men ipsum deriuatur. Et quemadmodum magistratibus leges: ita
populo praesunt magistratus. Et quemadmodum legem dicimus
mutum esse magistratum: ita eleganter & uere dici potest magistra-
tum legem esse loquentem. Vos ergo Tri. qui magistratus estis & qui
dem sacrosancti: rebus moderandis incubite: publica com-
moda pro uirili portione fouete: & quod rectum erit id so-
lum utile existimate: & quod iureiurando astricti facturos
uos esse promittitis: Id rebus comprobate. Imprimisque di-

uina illa Catonis censorii uerba semper in memoria atq; in pectore habetote. Si quid uos p laborem recte feceritis labor ille a uobis cito recedet: bene factum a uobis dum uiuere non abscedet. Sed si quid p uoluptatem nequiter feceritis. uoluptas cito abibit: nequiter factum illud apud uos semper remanebit. Ita tribuni ad bñfaciendū mentē studiū operam industriā applicantes: uobis honori: amicis ornamento rei pub. utilitati: & posteris exēplo esse poteritis. Dixi.

Ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam Philippi Beroaldi epistolium.

q Vemadmodū partorū regem nemo sine munere salutat: ita ego te illustrissime princeps salutaturus attuli tibi p munusculo panegyricū quē leta fronte ac hilari uultu accipias queso. Non enī minus regia res est pauca benigne ac comiter accipere: q̄ magna largiri. Multa ideo p̄tiosa existimant: quia diis immortalibus sunt dicata. Libellus hic ad famā fortasse pueniet: quia tuū clarissimū nomē gestat in titulo: cū alioq; subire posset infamiā. quicqd id est qualecūq; est boni cōsulito: & cū ocio sus eris ac feriatas ab occupationibus rerum amplissimarū: quibus iugiter distineris: tūc in manus accipito: & succis uis temporibus plegito. In summa cum nihil agere uoles: hoc agito. Dii faxint ut istud sit ppetuū pignus ac monumentū meæ ergate fidei ac obseruatiæ. Vale & me qui tibi mancipatus sum in clientelam ascribito.

Philippi Beroaldi panegyricus ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam.

I Aepenūero ipse mecū dubitauī illustrissime princeps Ludouice Sphortia utrū ne fortuito ac casu principes terris darent: an ab oīpotētissimo rerū oīum cōditore deo traderent. Sed hæc oīs iā ex aīo sublata dubitatio est: postq̄ tu inclytissimi ducatus Mediolanensis habenas gubernare cœpisti. Liquet enī te principē diuinitus cōstitutū. Tu ab ipso deo reptus electus atq; missus eē uideris ad hoc amplissimum imperium moderandū: quod aliquādiu rectore uiduatū labasse atq; titubasse accepimus: sicuti

cymba sine gubernatore a procellōsa tempestate depræhē-
sa inter fluctus undabūdos agitatur. Deus itaq; cū labanti ac
nutabūdo insubrium statui subuenire ac opitulari uellet: te-
nū ex omnibus potissimum delegit: qui tua singulari uir-
tute fulcires titubantia: recreares afflictā: sedares tumultuo-
sa: qui deniq; cūcta redigeres ad tranquillitatem: Nō pote-
rat mediūssidi illustrissimus dux adhuc pupillus adhuc pu-
er tutorē pximorem: sanctiorē: cordatiorēq; usq; reperi-
re q̄ Ludouicū Sphortiā: qui cōsanguinitatis gradu arctissi-
mo coniūctissimus est: utpote germanus ipsius genitoris: q̄
probitate: innocentia: integritate nulli principum postpo-
nendus est: qui prudētia solertiaq; tanta splendet: ut cor-
datus merito cognominari possit: hæc summatim & in trās-
cursu magis signata q̄ dicta: latius iam explicanda sunt: & co-
piosius enarranda: quod ut cōmodius luculentiusq; perfice-
re possim: uellē mihi a diis īmortalibus dari fluuiū Tullia-
næ eloquētiæ: & torrentē Demosthenis facundiā. grandes
enī materias ingenia parua non sufferunt: & in ipso conatu
subinde succūbunt. grādis īmo ingens hæc est materia quā
aggredior. Ingeniū mihi perq̄ mediocre: nec inficior uires
tenuissimæ. Sed in magnis uoluisse abūde magnificum ac
pulchrum existimat etiam si assequi nequiueris: p̄inde hoc
nos ausos esse nō improbabis illustrissime p̄iceps etiam si
uires ipsæ defecerint. Cæterū nō auspicabimur laudes tuas
a cunabulis ipsiq; crepūdiis: sicut nōnulli laudatores factita-
re cōsueuerūt: nō stemata generosissimæ familiæ recēsebi-
mus: de qua melius est tacere q̄ pauca dicere: non fortunas
luculentissimas: neq; eximias corporis dotes referemus: q̄
neq; tu magnificas: neq; inter p̄cipes solus possides. nihil
nisi ppriū: nisi genuinū: nisi tuum laudabimus illustrissime
p̄iceps hoc est solas ipsius animi tui dotes: quæ in homine
sunt bona p̄cipalia cōmemorabimus. Nā diuitias genero-
sitate honores: formositate: uires: hoc est fortunæ & cor-
poris bona magis circa nos q̄ in nobis eē scriptores idonei
tradiderūt: & ideo aliena bona nūcupant. Ipsas uero animi
uirtutes: quæ neq; ab ætate mutabiles neq; ullo infortunio
caduæ: nostra & uera bona nominare solemus. quæ q̄dem
dotes tanto p̄ciosiores iudicantur: quanto maior est ille

in quo enitescunt: quas in te optime princeps tanto splen-
didiores existimamus: quāto tu inter reliquos principes eni-
tescis: quæ in præsentiarum mihi de laudibus tuis dicturi-
ti agminatim se ingerunt & cateruatim: ita quælibet festina-
būda se offert: ut a nobis in hoc panegyrico prima proma-
tur: quæ res mediuffidius hælitantem me facit & cunctabū-
dum. Namq; si cepero de prudentia tua singulari prædica-
re occurret iusticia: quæ postponi gemebunda dolebit. Si
dixero de fortitudine tristabitur temperantia. Si laudauero
liberalitatem: frugalitas ipsa se cōtemni existimabit. Si clæ-
mentiam extulero: seueritas indignabitur. Deniq; quacūq;
primam arripuero: illi cæteræ inuidebunt. ita enim in sin-
gulis uirtutibus emines quasi reliquas non possideas. Ego
tamen pro uirili parte ita contendam ac elaborabo: & tale
temperamentum adhibebo: ut singulis quod suum est tri-
buisse uideamur. Sed unde prius odiar q̄ a prudentia: quæ
ut scribit Plato diuinitus cæterarum uirtutum dux est: quæ
in te adeo fulget atq; splendescit: ut neq; in Nestore maior:
neq; in Catone præsentior fuisse credatur: prudentia cum
omnes mortales: tum potissimum principes decet: qui hac
duce nihil insipienter: nihil temere in gubernādis subiectis
agere: neq; uolunt: neq; possunt. prudentiam Solomon in
paremiiis amicam uocandam esse præcepit. hæc tibi est pru-
dentissime princeps amica peculiaris: hæc te dies: hæc te no-
ctes fouet ac amplexatur. hanc ne transuerlo quidem digi-
to abs te digredi finis. hac aurigante habenas imperii con-
sultissime moderaris. hac duce cuncta prudentissime dispo-
nis. hac adiutrice nihil in te repræhensibile conspicitur. Pru-
dentia germana iusticia te iugiter comitatur: sine qua prin-
cipes principum nomen amittunt: & in tyranni nomen de-
testabile transgrediuntur: quæsi Ciceroni credimus: om-
nium est domina: & regina uirtutum: ad quam nos esse na-
tos intelligere debemus: quæ auro præciosior: ut inquit
Plato iudicanda est: Quæ suum cuique tribuit: alienum
non inuadit: & propria utilitate neglecta: publicam utili-
tatem fouet atque tutatur. Cuius fruendæ causa uidentur
olim bene morati reges constituti. Tu uero iustissime prin-
ceps ius sanctissime dicis. Et cuncta uelut in librili perpen-

dens omniū beniuolentiā promereris: audis desideria cunctorum: & tanq̄ alter Alexander ex duabus auribus: alterā accusatori præbes: alterā reo tradis: Te nulla largitio: nulla gratia: nulla cupiditas transuersum trudit a recte cōsulendo recteq; iudicando. ad amissim singula pensitas: & cōtroversias omnis diligentissime componis: nullum a sermone tuo tristem discedere permittis: quod olim Titum Vespasianum factitasse tradunt. Hæ sunt partes regiæ: hæc sūt munia imperatoria: Cōponere lites: decidere negocia: satisfaccere desideriis moralium citra odiū cuiuspiam ac maliuolentiam. Sūma æquitate nec minori lenitate ius dixisse laudatur Augustus: Cuius tu uestigia emulatus seueritati misce comitatem: & quoddā ex utroq; efficis saluberrimū temperamētum: habes horas quottidianas & statas: quas audiendis controuersis impēdere memoraris: quibus tam humili q̄ potenti: tā egestoso q̄ luculento licet ad te adire: desideria expromere: & lites explicare: & profecto nihil præstabilius esse potest & potissimū in principe: q̄ habere tempora distincta: & horas negociosas a feriatis sequestratas. ut enī certus siderum cursus: ita uita hominū disposita dilectat: & principum præsertim. Namq; inde efficitur: ut ciues ac subiecti minime totos dies conterant: dum colloquium principis aucupantur. Nouerunt tempora. Nouerunt horas horarumq; momenta: quibus possint apud te suas controuersias enarrare: & petitiones exponere. Cæterum cum principales uirtutes: ita inter se cōnexæ sint prout philosophi autumant ut inuicem nequeāt dissociari: ita in te prudentia & iusticia inclytissime princeps effulgent: ut tamen & fortitudo & temperantia nō sordescant. nā quāta fortitudine præditus esses in erūnis exanclādis haud dubie demōstrasti. Et enī cum fortitudinis peculiare munus sit tolerāter calamitates perpeti: neq; rebus aduersis succūbere: Tu olī fulminibus fortunæ ipotētis semiustulatus uirū te fortissimum magnāimūq; p̄stitisti: Cū neq; fortunæ cederes: neq; afflictus iaceres neq; i gurgustio plorabūdus i gemisceres. Immo quē admodū nēo te unq; i rebus secūdis supbū ac insolētē cōspicatus ē: ita aduersis nullus unq; succubuisse cognouit Voluit mihi crede fortuna paulisper tecū colluctari: ut ingeniū tuū

periclitaretur. Sicut enim ignis aurū probat: ita calamitas viros fortes explorat: & ut aduersa ex secundis: ita ex aduersis secunda noscuntur. cognitum in te est fortissime princeps oratianum illud eulogium esse uerissimum.

Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinae.

Quanta uero dii boni in Ludouico Sphortia temperantia moderatioq; florescit: qui in mediis delitiis collocatus: delicias nō amplexatur: qui inter sexcenta milia uoluptatum positus abstinet a uoluptatibus: qui inter incentiua libidinum instrumentaq; luxuriantis fortunæ.

Castum agit principem & frugi.

Ardua res hæc est opibus non tradere mores:

Et cum tot cresos uiceris: esse Numam.

Curium atq; fabricium duo romanæ frugalitatis exēpla maiores nostri laudibus extulerūt: q; paruo cōtenti uixerint. & frugalissimi inter romanos extiterint. Verū nulla uel minima laudatiōe illi mihi digni esse uident: q; in paupertate collocati egestosis similes uiuere: & iubente necessitate uoluptates eliminare cogebant. Sed da mihi aliquē Creso aut Midæ diuitiis æqparandū: q; opibus affluēs auro abundās: qui pollēs ac potens frugaliter uiuat: q; abstinentiā appetitibus coercēdis adhibeat: q; bellū titillantibus uoluptatibus indicat: illū deo simillimū iudicabo. adeo male conueniunt maleq; coeūt uirtus & uoluptas: frugalitas & luxuria. Maxima ē igit in te hæc uel potius diuina uirtus in summa peccādi licentia nō peccare: inter blādissimas ac illicibiles uoluptates cohibere seipsum: & appetitum obedientē efficere rōni. Quid ergo præstātius: qd admirabilius excogitari pōt p̄ncipe prudētissimo: iustissimo: fortissimo: temperatissimo? Quæ quidē uirtutes cūctarū reginæ uirtutū in paucissimis principibus iugatæ cōspiciunt. Aliq; prudētia enituit: sed iniusticia obsoleuit. Aliū fortitudo decorauit: sed intēperātia ac libido dehonestauerūt. Deniq; nulli uel rari extiterūt: in qbus q̄tuor istæ uirtutes simul enitescerēt. At q; nemo admiret: si nunc prudentiā a iusticia: fortitudinē a temperātia. Aliāq; ab alia ita seiūgam: quasi possit quisq; prudēs esse citra iusticiā: fortis citra temperantiā: cum inter philoso-

phos & maxime stoicos constet: qui unam habuerit omnes habere. Et q̄ una caruerit: omnibus carere uirtutibus. Alia ē illa philosophorum limata & nimis spinosa subtilitas. Alia est ex cōmuni opinione ducta sententia. ut ergo uulgus ita nos hoc loco sermocinamur: ut alios iustos: alios prudētes esse dicamus: popularibusq; uerbis utimur de populari opinione loquētes. Sed ut ad te p̄fectissime princeps n̄ra remigret oratio: sicut quadriga illa uirtutum principaliū te uehere ac gestare existimat: quod q̄ paucissimis dii dederunt: ita illæ quoq; uirtutes: Quæ minoris ducūtur te ornatum faciunt atq; monstrabilem. Clāmētia: liberalitas: indulgentia: affabilitas. Reliquæq; id genus: quæ principes amabiles efficiunt atq; fauorabiles: quæ populos reddūt fideles deuotos ac mancipatos. Enim uero clāmentia ut elegāter docet Flauius uopiscus: Dos prima est imperatorum: & nullū magis ex oībus: ut sanctissime inquit Seneca: q̄ regem & principem decet: hæc est illa uirtus quā in Cæsare dictatore luculenti scriptores laudant & extollunt: qua principes omnes exuperasse fertur. Vnde Cicero ad Cæsarem: nulla inq̄t de uirtutibus tuis plurimis: nec gratior: nec admirabilior misericordia est: nihil profecto laudabilius: nihil magno & præclaro uiro dignius placabilitate atq; clāmentia. nihil deniq; gratius esse potest eo principe: qui talē se ciuibus exhibeat quales sibi deos esse uellet. Clāmētia regis ut ait Solomō: quasi iherosolimitanus est. Clāmētia facit ut princeps animus ciuitatis: ciuitas corpus principis esse dicatur. Clāmentia facit ut tu clāmentissime princeps certatim ameris ab omnibus: ut te sit incolumi una mens oībus. clāmentia tua ac ciuilitatis multa & magna documenta præbuiisti. Clāmentia ita te gratum ac fauorabilem in subribus reddit: sicut olim Augustum romanis effecit. Tu natura beniuolentissimus: tu indulgētissimus: tu deniq; optimus clāmentia amplecteris: quæ bonis principibus iucūda est. Crudelitatem detestaris qua sanguinarij tyrāni p̄ uoluptate ferūtur. Age uero q̄ munificus q̄ liberalis erga omne hominū genus existis. Quanta bñficētia: quanta benignitate foues p̄fessores artiū & ingenia līatorū. nihil est me hercules in principe amabilius ipsa liberalitate: sicuti nullum uitium tetrius auaricia. A liberali

principē cuncta bona sperantur. ab auaro cuncta mala timētur. Munificus princeps charus est omnibus. Sordidus & deparcus inuisus est oībus: in omnes malus in se pessimus: At tu liberalissime princeps & rei & famæ bene cōsulis tua munificentia: Lucraris enī gloriā cum des pecuniā: & dādo pecuniā te ipsum ditas: cum id pprie principū esse dicatur: quod dono dederunt iuxta illum Rabirii poetæ uersiculum.

Hoc habeo quodcunq; dedi:

Optimi principis est nihil magis suū credere q̄ id quod amicis condonauit. hæ sunt certæ diuitiæ: & extra fortunā collocatæ: hi sunt thesauri: quibus Cyrus ille clarissimus gloriabat'. Nā ut apud Xenophōtē scriptum est thesauros sibi custodesq; fidissimos parabat amicos: quos diuites efficiebat Idem regis oculi: regis aures dicebantur: qui cūcta: quæ uidebant: cūcta quæ audiebāt: quæ futura essent Cyro cōducibilia referebāt. Multæ sunt aures: multi sunt oculi principis munifici: qui quot amicos sibi liberalitate cōparauit: totidē auribus quæ audiēda sunt audit. Totidē oculis quæ uidentur uidet: ut docet uerissime Dion. Tu quoq; Cyro simillimus bñficētia multas aures & multos oculos tibi cōparasti: & quotidie nouos cōparas. Tu amicos ditas: cliētibus opitularis. Tu decus & præsiidiū es eruditorū: ad te tanq̄ ad anchorā hac tēpestate līati decurrūt. & pfecto nihil melius agere pnt optimi p̄cipes: q̄ subleuare doctos: fouere eruditos: quorū scriptis īmortales efficiunt'. Quis enī noscet cæsare īmo cæsares q̄ plurimos nisi Suetonius trāqllus extitisset? Quis Alexandrū Macedonē fuisse sciret nisi. Qu. curtius & Plutarc' illius gesta scribēdo posteris lectitāda reliqssēt? Quis Scipionē īmo uero scipiōes? Quis. C. Pōpeiū tribūfulgentē triūphis hac tēpestate cognosceret? nisi Titus Liuius & M. Tullius eorū cōmēdatōres laudatoresq; fuissent. Deniq; romanos: græcos & externos oīs nōne tenebræ occupassent: & situs obduxisset: nisi illos luculenti scriptores in litteras retulissent? Bene igit' facis optime princeps: qui literatos amas: qui eruditō suffragaris: q̄ tibi cumulatissimā gratiam referre queunt: de te scribentes & tua præclara facinora celebrātes. Illud uero ī te laudabile est: q̄ inter tot curas: tot negocia: tot domesticas & externas rerū maximarū

occupationes audire uis quotidie quippiam historicon ac memorabile. & sicut. C. Pōpeius & Cæsar Augustus iter bellicos tumultus nō intermisisse dicuntur cōsuetudinem declamādi: ita tu inter multiplices curas nō intermittis studia litterarū. cū negociis ociū diuidis: & historicis lectitandis succiuias horas impēdis: in quorum lectione tanq̄ in diuersorio suauissimo cōquiescis. ita nullo tempore desidīæ te dedis aut inertīæ neq̄ unq̄ marcore torpescis. & certe uita bonorū principum: qualis es tu: cælesti naturæ q̄simillima eē creditur. ut enī indefessa uertigo cælum rotat: ut sol & luna stare loco nesciūt: ita tu cōtinuatis negociis semper irrequietus es & semp̄ exercitus. Semp̄ habes quod tractes: quod agas: quod mediteris. Et cū sit turpissimum uiro primario: cuius tutelæ populi cōmissi sunt: solidam dormire noctem: ut ab Homero elegantissime traditum est: Tu uigilantissimus es somniq̄ parcissimus. Qualis Vticensis Cato: qualis Brutus fuisse memorantur. Vigilas tu de nocte: & cæteris dormientibus: ea quæ ad statum publicum pertinent tunc optime prouides: & solertissime pensitas. Vigilia & lucubratio principes decent ac rem pub. gubernātes. Nam somnus multus ut tradit Plato diuinitus: nec corporibus: nec animis: neq̄ rebus omnibus gerendis natura conducit: & haud dubie nemo dum dormit alicuius precii est: non magis: q̄ si non uiueret: & ut cecinit optime Silius.

Turpe duci totam somno consumere noctem.
Inde parcus & breuis somnus in Traiano laudatur a Plynio
Sunt hæc magna & admiranda in cæteris principibus. In te uero illustrissime princeps: Si cæteris uirtutibus tuis cōparentur: erunt mediocria: Laudamus omnes tuam in colloquiis affabilitatem: in omnibus admittendis facilitatem. In negociis componēdis dexteritatem. Et illam qua in primis polles genuinam peculiaremq̄ facundiam: quæ omnia principes tutoresq̄ publici status: a ciuibus amari faciunt ultra priuatas necessitudines. Laudat Cicero Pompeium: q̄ ad eum faciles aditus essent etiā priuatorū. Tu uero quibus præconiis laudari mereris mitissime princeps: q̄ oībus etiā humillimis tam faciles aditus esse uis: ut q̄ dignitate principibus excellis: facilitate infimis par esse uidearis: Et cū fœ

licium pedisse qua superbia esse dicatur: Tibi mansuetudo. tibi humanitas. tibi lenitas ancillari uidentur. Neque te Moses apud hebreos: neque te Titus apud Ro. comitate uincunt ac mansuetudine. Tu cunctos comiter excipis. Tu bonitate quadam genuina omnibus tibi deuotissimos reddis ac obnoxios: in summa agis principem ciuilem & bonum. quod plausibile: quod amabile: quod fauorabile est. nihil est enim ut inquit Cicero: tam populare: quam bonitas: nullus murus firmior nulla arx ualidior esse potest ad principes custodiendos: quam suorum ciuium beniuolentia: hæc autem conciliat mansuetudine ac bonitate. Detestanda est profecto Dionysii tyranni sententia illa tyrannica adamantina uincula esse metum uolentiam: classem & dena milia armatorum. immo beniuolentia: mansuetudo gratia: affabilitas: ut Plutarchus ait: uincula sunt adamantina: quibus principem oportet esse septum atque stipatum: & cum bonus princeps amari mallit quam timeri: Tu per uirili parte contendis ac eniteris: ut amicis sis iucundus: ciuibus charus: apud omnes gratus & amabilis. Neque tamen quod plerumque fieri solet ista tua immodica ciuilitas te contemptibilem facit. imo tanta auctoritate polles: tanta existimatione decoraris: ut multa per te: nihil sine te in tota geratur italia. Longum esset ac prope infinitum: si singula: quæ in te fulgent ornamenta uirtutum minutatim singillatimque recensere uellemus. Magna inter te & reliquos principes differentia est. in illis uirtutes: si quæ sunt: enormibus subinde uitiis obruantur ac decolorantur. Tu uero quemadmodum fecundus es uirtutum: ita parcus es uitiorum. Non tu luxu ac intemperantia defluis. non iracundia agitaris non cupiditatibus distraheris: non affectionibus ancillaribus: quibus rebus obnoxii ac participati principes esse consueuerunt: proptereaque in licentia magna peccandi constituti seipsum cohibere non possunt: & imperiosissimas appetitiones coercere. Unde olim a scurraneis quo benedictum est bonos Principes in annulo posse perscribi atque depingi. Et Dioclecianum dictitare solitum accepimus: nihil esse difficilius quam bene imperare. boni principes a Ioue imperium habere dicuntur mali uero minime. principes boni in beniuolentia Iouis sunt: mali uero nequaquam: & hæc est Homerica sententia. Cui dion prusensis

astipulatur: itaq; cū tu Ludouice Sphortia inter bonos principes sis optimus: inter optimos clarissimus: Merito te a deo ultramūdano datū esse credimus: & tibi uersiculū illū optime conuenire existimamus.

Solus habes laudum quicquid possedimus omnes.

Ea in te abundant bonitatis & uirtutis exempla: Quæ sequi cupiat uentura posteritas: apparēt in te paternæ uirtutis expressa uestigia: patrem in filio recognoscimus: & quemadmodum in iuuenis & equis genitorum uirtus subinde conspicitur. ita in Ludouico Sphortia uiua paternæ probitatis imago refulget: ita prorsus paternas uirtutes effingit ac repræsentat: ut patris in filio æquitas: Senilis in iuvene prudentia conspiciatur: immo ut quæ sentio eloquar filius in multis genitore maior existit:

Egea sic theseus: sic pelea uicit achilles:

Hastantas principis nostri uirtutes: ex quibus compactus ac conglutinatus esse creditur: ornat & illustrat procera statura: facies luculenta: os probum: frons uerenda: & uultus amabilis: quæ & si sunt corporis bona non animi: de quibus tantummodo me dicturum esse promisi: tamen principi plurimum uenerationis acquirere: & uirtutes in principe gratiores efficere uidentur: quoniā ut inquit pacatus uirtuti addit forma suffragium. Et ut cecinit poeta.

Gratior est pulchroueniens in corpore uirtus.

Solent qui panegyricos scribunt destituti ueris principum laudibus uanas laudationes cōminisci. Ego uero illustrissime princeps ex tuis quæ plurimis uirtutibus multas cogor præterire: ne in imensum crescat oratio: Citius enim mihi uerba deessent: quæ scribendi materia: Citius articuli digitorum scribendo lassescerent: quæ cuncta in te laudabilia perscribere possem: Quocirca concludam deinceps orationem meam Et epilogo religioso omnipotentissimum rerum omnium conditorem deum deprecabundus adorabo. Sūme & exuperantissime mūdi opifex principio antiquior: fine diuturnior: Cuius numen ineffabile est: & maiestas inominabilis Te oro ac deprecor: ut Ludouicum sphortiam principem optimum ac irreprehensibilem diutissime foueas ac tuearis: ut ei annos nestoreos largiaris: ut eius uotis annuas

ut eum beneficiis tuis cumules: omnes: illustres. Tu uero
optime princeps perge quo coepisti nitere semper ad opti-
ma Esto tibi ipse archetypon & exemplar: Te ipsum imita-
re: ita ciues tuos ex malis bonos: ex bonis optimos efficies
Nam uita principum censura est: & qualis princeps: tales re-
liqui ciues esse solent: qui ad illius exemplum componun-
tur: ita apud mortales immortalem tibi famam compara-
bis: & post obitum in caelo inter beatorum domicilia lo-
cum sortieris: Vbi beatissimus aëuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiusdem epigramma.

Hesperios inter ductores InclYTE princeps
Principe quo status hic sospite: sospes erit.
Imperii Columnen rerum tutela salusq;
Eximia proauos qui probitate refers.
Suscipe pacata deuotum fronte clientem.
Mancipiumq; recens: Seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte disertii
Est tibi pierius turba uerenda chorus
Inter quos cupio numerari maxime princeps
Inter quos unum da mihi quaeso locum.
Non erimus certe indecores: nec rustica nostra est
Calliope: & nobis dexter apollo fauet.
Accipe sinceri munuscula parua philippi.
Inspice si quid inest: quot placuisse queat.
Post lites & post decisa negocia rerum
Post bene formatum compositumq; Statum:
Tunc liber uacuisq; meum percurrere libellum.
Atq; hylari iugas perlege fronte meas.
Sex qui horam scriptis nostris impende: Sed hora
Sufficit. hoc nimium est: subtrahe dimidium.
Vix legere incipies succincti scripta libelli
Pagina principium prima modumq; dabit.
Iamq; uale: uiuasq; diu mitissime princeps.
Et superes phrygios nestoreosq; dies.
Dii tibi dent quodcūq; cupis quodcūq; mereris.
Dii mihi dent cupias ut meminisse mei.

Ad Magnificū & ornatissimū uirū Bartholomeū chalcū
Ducalē secretariū Philippi Beroaldi Bononiēsis epistola.

Pusculū de nuptiis Bentiuolorū: quod nuper
excudi tibi Vir præstantissime dicare cōstitui:
o quem non solum studiorū: sed etiā studiosorū
amantissimū cognoui: qui me istic ociantem
summa tibi beniuolētia copulasti: ad quē tanq̄
ad anchoram litterati decurrunt. & quia ut est in ueteri pro-
uerbio docti doctos amant tu eruditus eruditos foues & de
litteratis litteratus optime mereris: Te ob singulares tuas
uirtutes Illustrissimi principes tui auricularium a secretis &
omniū arcanorum participem esse uoluerunt. Te ordini
scribarum ornatissimo præfecerunt: Tu archigrammateus
nūcuparis. Accipe igitur uir clarissime eo uultu libellū nu-
ptiale quo nuptiales uoluptates spectare solemus: & si scio
quosdam obtrectatores caprata fronte hæc esse lecturos:
quibus nihil placet nisi triuiale: quibus ita respondere iure
optimo possum. Significatissimis uocabulis cuncta pro ui-
rili parte enarrare contendimus & uerba rebus accōmoda-
re: quæ rerū causa inuenta fuerūt: quæ si uobis subobscura
uident non est hæc mea sed uestra culpa: qui nihil unq̄ lucu-
lentum nihil nisi protritum lectitatis: qui duobus tribusue
ad summum libellis contenti reliquos scriptores non at-
tingitis & nihil latinum esse creditis nisi quod in uestris uul-
garissimis uoluminibus didicistis. At nos latine scribimus
& uerba ex latinissimis scriptoribus sumpta depromimus.
Nolite edentuli inuidere dentatis: nolite oculatos talpæ
contemnere. q̄ cæcus lucem non uidet non est uitium so-
lis sed oculorum: q̄ uos scripta nostra non intelligitis & ob
id ipsum culpatis nō est scriptoris uitium sed lectoris: Neq̄
nos tharentinis & cōsentinis scribimus ut ait Lucillius sed
eruditis: quorum iudicio contentus quid de me imperito-
rum rumusculi iactitent floccipendo: & ut inquit epigram-
maticus Poeta me raris iuuat auribus placere. me scriptio
non triuialis sed erudita delectat: quæ neq̄ per periodos ne-
q̄ per longos uerborū ambitus: sed uerbis significantibus
& propriis cūcta exprimat ac effingat: Hæc obiter dicta sint
aduersus uitupatores qui obtrectatione alienæ scientiæ sibi

famam acupantur: Tu uero uir præstantissime cum facultas tibi dabitur paulum respirandi ab occupationibus quibus iugiter distineris: libellum a philippo tuo concinatum in manum sumito: & ubi sumpsieris perlegito: & ubi perlegeris iudicato utrum in publicum prodire mereatur an potius quod timeo sit futurus pabulum tinearũ. Vale decus meũ & me qui tibi mancipatus sum mutuo dilige.

Quot celebrata fuit genialis pompa diebus.

Per totidem scripta est hæc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononiensis nuptiæ Bentiuolorum.

Entem Bentiuolorũ multos iam annos Bononie florentissimã honoratissimãq; fuisse adeo notum est ut res probatione nõ egeat. in qua multi insignes clariq; homines extiterũt: quorum multa egregia merita in rem publicã bononiensem quottidie cõmemorant: sed omnium clarissimus ætatis nostræ uir extat Ioãnes bentiuolus: familiæ illustrator: patriæ splendor: ciuium columen domi forisq; fauorabilis: cunctis Italiæ principibus aut amicicia aut affinitate copulatus: in quo deniq; omnia sunt quæ aut fortuna hominibus aut natura largiũtur. Is nuptias filii primogeniti Hãnibalis celebraturus: ut essent omnium nuptiarum Magnificentissimæ: eas per æstiuum tempus utpote commodius conficere decreuerat. sed Hercules estensis Eerrariæ Dux illustrissimus cum filiam Lucretiam Hãnibali desponsatam iam nubilem ac uiro maturam esse uideret cunq; peregrinationem Religiosam extra Italiam pararet ut nuptiæ maturarentur instabat & omnem procrastinationem detrimens esse asseuerabat. Quãobrem Princeps Bentiuolus consilium mutat & ex consoceri sententia nuptialem festiuitatem diebus brumalibus parat quãuis non pauca dehortarentur: & in primis festinatio magnis apparatus semper infensa. uerum multa quæ impedita natura sunt consilio expediuntur: & summæ uirtuti summæq; fortunæ nihil factu difficile est. Igitur idic̃to per præconem publicitus die nuptiarum qui dies erat futurus ad quintum Calen. februaryi ea Bentiuolus intra dimestre spacium factitauit: quæ princeps alius annuo tempore facere nequiuisset. Que omnia

speciatim generatimque explicare pro uirili parte conabimur. Primū omnium forum quod ante Bentiuolorū aedes erat per quā angustū ut laxius fieret: proximas domos a possessoribus emit emptasque demolit: idque spaciis temporum iniuis exclusus cū silyce sternere non posset afferibus contabulat. iubet & operimentū laneum per sarcinatores concinari ad forum cōtegendū: ut sub eo nuptiales luxus spectatores salubrius ociosiusque cōtemplarent. Idē domū quæ alioquin pulcherrima est & cum laudatissimis totius italiae domibus certat magnifice exornat: parietes oēs intrinsecus inducto rectorio nouo leuigant: columnæ quæ in peristylo striatæ sunt marmoreis simillimæ efficiuntur: fenestræ mutuli super liminariaque hostiorum tota inaurant: Quæ imperfecta sunt absoluuntur: Squalentia reconcinantur: ubique pictor ubique materiarius ubique architectus conspiciunt. feruet per totas Bentiuolorum aedes apparatus nuptialis: conclauia omnia atque cubicula tapetibus stragulaque ueste consternuntur: ornatur & lectus genialis in thalamo sponsi magnificentissime. Dii boni qualis ille quaque præclarus apparatus quo exornatum est cubiculum principi Ferrariensi destinatum: Hic conopea aurea. Lodices regales cochiliata peristromata uisentiū oculos pascebant gratissimo spectaculo: ipsum uero Triclinium in quo fieri debebat nuptiale cōuiuiū reliqua antecellit ornamenta: hic toti parietes belluatis parapetasmatis uestiuntur supra peripetasmata coronameta miro artificio concinata disponunt: in quibus Insignia Italicorum principū summo cum decore inclusa uisebant. In eodem cœnaculo tabulatum fit paulum accliuetapetibus stratis opertū: ubi Principes proceresque illustriores una cū sponsa discumberent. erigitur & abacus in quo uasa aurea & argentea uarii generis preciosissima exponunt: hic potoria gemmata: hic lances ex argēto quinquagenariæ: hic escaria ex auro cū emblematis faberrime celata. hic quicquid uasculariorū ac celatorum probatissimorum arte perfectū est esse diceres: adeo ut metoris manu cūcta fabrefacta uiderent. huic abaco appositi erant custodes duo ad hominū effugiem formati: alter claua alter falcato ense propinquantibus minitabant: hunc macheroforū illū corynephorū non indocte nuncupaueris. fulgore huius

abaci reliquus perfringebat ornatus: quem ornamenti cau-
sa magis quam usus effecerant: namque in alia domus parte alter
erat Abacus concinatus in quo conuiuialia uasa innumera
erant collocata: quorum usus erat futurus ad coepulones ac-
cipiendos. Dum hæc intra ædes strenue properant forinse-
cus non minora efficiuntur: nam a domo principis Bentiuo-
li ad portam usque galeriam quam uocant: quæ illac uentura erat
sponsa: multiplici ornamentorum genere cuncta condeco-
rantur: Domus senio collabentes reficiuntur: parietes ad li-
bellam reformantur. columnæ lapideæ ad perpendicularum
exiguntur: Ciues ipsi per eum uicum certatim ornamenta
parare. Sub dio sub porticibus per intercolumnia coronas
ex herbis uiuentibus cõsertas suspendere: uestibula ædium
myrtho lauro hederæque uestire: Multa topiarii operis egre-
gia coronameta conficere: in quibus insignia Bentiulorum
inclusa cum uenustate uisebantur. dices hostiatim celebra-
ri nuptialem festiuitatem. Denique in hac ciuitatis regione nõ
brumalis rigor: sed uerna temperies uideri: hic buxus hic
iuniperus uirescere: hic multiuga species herbescetis uiri-
ditatis. Totum iter florulentum ad uiridarii cõsiti speciem
gratiam uiroris recentissimi pre se ferebat: ut non solũ pe-
regri: sed etiam nostrates admirarent cõtemplantes tan-
tam alieno tempore copiam uiridiorum. Præterea Bentiuo-
lus machinatores optimos & topiarios artifices probatissi-
mos acciri iubet: qui solertia quadam genuina miroque artifi-
cio præditi noui generis ornameta excogitarunt: ex quibus
unus nomine zephyranus: qui non minus facetus est scur-
ra quam artifex ingeniosus: septem portas ligneas affabre cõfecit
quæ picturatae & fruticibus herbisque uiridatibus decoratae ex-
ornabant uiam nuptiale interuallis prope paribus inter se di-
stantes ad imaginem portarum urbicarum: nisi quod catharactas
non habebat: sed illa quæ ædibus Bentiulis erat proxima reli-
quas decore uincebat: in qua simulachrum herculis cum leone
cõgredientis uisebat aspectu truci formidandi. uisebat & e re-
gione altera herculis effigies repullescentia hydræ capita
amputatis. Cæterum cum nihil in omni uita pulchrius sit or-
dine sine quo nec militare disciplinam impatores ualēt expli-
care: nec gubernatores regere nauigia: Bentiulus ut omnia

sint dispositissima procurat. nam homines idoneos deligit inter quos dispartita sint officia nuptialia ne quid tumultuosa perturbationis oriatur. hunc lectisterniatorem esse iubet: illum obsonatorem: hunc praefectum popinarum: illum bellariorum. alius promus: alius condus designat: est qui procurator peni constituat: est qui cellae uinariae praeficiat: ita unusquisque curando quod suum est aliena non turbat. in primis iuvenes numero sex & xx. ex nobilioribus ditioribusque nostrae ciuitatis deliguntur qui sint architriclini siue archiposias dicere malis: quos uulgus Sescalcos appellat. Utendum est enim popularibus uerbis ad rem popularem declarandam. ex his singuli senos ministros eligere iubentur: quorum opera naua & strenua in conuiujs nuptialibus utantur. ex hoc architriclinorum ordine nullus fuit qui non impendia prope regalia fecerit & immensas pecuniarum summas profuderit: dum se quosque suosque ministros nuptialibus uestimentis exornat. designantur & sex alii architriclini maiores qui dicuntur omnes fere ex ordine senatorio: praeterea adolescentuli octo luculenti summoque genere nati euocantur: quibus iniunctum est ut sponsam introeuntem a porta domum usque deducant instar stipatorum: quos prisca Laterones nuncuparunt. Et quonia aduenarum ad nuptias celebrandas uenturorum innumera multitudo expectabatur: ordinat Bentiuolus ut omnes honorificentissime commodissimeque accipiantur. In domibus ciuium ornatoribus hospitia magnificentissime parantur: & pro diuersorum amplitudine alii plures: alii pauciores assignantur. Iam cuncta apparatus nuptialis diligentissime comparauerat. Iam appetebat condictus dies festiuitatis: cum sponsus ad conjugale foedus cum sponsa ineundum Ferrariam proficiscitur comitatu prope regio decoratus. ducem ferme eum rem prosequuntur inter quos supra uiginti haud dubie nobilissimi & ipsius sponsi frater minor natus prothonotarius. nos quoque discipulum officii causa sumus prosequuti: omnes magnificentissime accipimur a principe Ferrariensi: ibique biduum commoramur donec celebrentur ex ritu foedera nuptialia & annulo pro nubo digitum sponsae sponsus oppigneret: amboque sacerdoti a paranymphis offerantur: quibus rite peractis domuitio- nem capeamus aliquot ex primoribus cum prothonotario reli-

Atis ad sponſam proſequendam. Cum genero ſocer aulicq;
interiores nauem conſcendunt nocteq; intempeſta appel/
lunt ad pretoriũ Bentiuolum quod uocant: quod magnifi/
centiſſimum pulcherrimumq; in agro Bononiẽſi princeps
Bẽtiuolus extruxit: diſtatq; ab urbe millibus paſſuũ decem.
Poſtridie eius diei Bononiã ingrediẽti Herculi heſtẽſi ob/
uiam it Bentiuolus comitante maxima caterua uiroꝝ ſplẽ/
didiffimorum non ſolum noſtratiũ: ſed etiam externorum
qui iam conuenerant ad officium nuptiale. Illuxit demum
dies nuptiis deſtinatus: qui imbribus foedus omnes & potif/
ſimum Bẽtiuolum dolore confecit ſecũ reputantẽ: quãtos
rerum apparatus quantãq; nuptialem pompã eſſet imber il/
le perturbaturus. Omnes deprecabũdi deum omnipoten/
tiſſimũ orare ut tantisper pluuia cohiberet donec introitus
ſponſæ in urbem pompaticus perageretur. Verũ inexorabi/
le eſt fatum & inuidenti fortunæ repugnare non licuit nolẽ
ti ut ex omni parte beatas nuptias uideremus & lactiſſima
uoluptate permulceremur. Iam aderat hora condicta qua
obuiam cũcti prodire ceperũt ſponſæ uenienti ex pretorio
Bentiuolo: ubi noctem unã cõmorata feſtinabũda peruene/
rat ad uillam suburbanã: ibiq; ſubſtiterat obuios aduentari/
tes operiens. Omnis ætas ſexus ordo uiam galeriam agmi/
natiũ cõpleuerant ſtudio uiſendi exoptatiſſimã ſponſã ſpõ/
ſæq; apparatus. Vix locus quĩs latus & longus capax erat tan/
tæ multitudinis cateruatim confluẽtis. ciuitas oĩs peregrini
omnes mira denſitate cuncta ſtipauerant. multi columnis
implexi: non pauci e fenestris ſemi conſpicui pleriq; ſub dio
inter imbres proſpectabant: tanta eſt mortalibus inſita cupi/
ditas nouitatis. Glifcẽte ĩ horas pluuia nullamq; pauſam fa/
ciente: Bentiuolus hanc ſibi curam ſumit ut cũcti ordine &
ſine tumultu pompabiliter incedant. Longũ eſſet referre ſi/
gillatim quo ordine principes oratoresq; principũ inceſſe/
runt: ſummatim exponam illuſtriora ac ſplendidiõra. Prĩci/
pes Italici partim ipſi uenerãt: partim uicarios miſerant ad
nuptias illuſtrandas: qui oēs in ſuis quiſq; ordinibus collo/
cati ingrediebant. Inter eũdum ĩſpectione digni potiſſimũ
fuere equeſtres lancearii principis Mantuani: q; turcharũ
habitu ĩgrediẽtes ritu militari lanceas manu recipocabãt:

tales macedonum hastatos fuisse crediderim quos Sarisso-
phoros appellabant: hos uulgus corrupto paulū uocabu-
lo Stradioticos appellat cū stratioticos græcanica dictione
nuncupare debuisset: hos subsequabantur Hipotoxotæ: q̄ sūt
ex eq̄s sagittarii induti prasinos amictus: architriclini archi-
trichinorumq̄ pedissequi ordine inceserunt. Vidimus hac
pompa nymphas ritu amazonio obequitantes: quæ subli-
matae in equo non sedebant: sed stabant. Vidimus Gigan-
tem staturōsam obambulātem: quā ars emula naturæ simil-
limā ueræ effigiauit. Vidimus galatorē in longuriis passus
grandissimos diuaricantē. Audiuimus sonitū tintinabulorū
crepitū sclopūq̄ tormentorū bellicorū: quibus cuncta perso-
nabant. Præterea ibat ordo tibicinū tubicinūq̄ populosus
adeo ut clangore tubarū ac stridore lituorum cælū reboar-
ret auresq̄ audiētū obsurdescerent. Post longum pompæ
ordinem incedit nouissimo loco noua nupta sedēs in equo
cādido atq̄ pulcherrimo: qui ephippiis aureis preful-
gens phalerisq̄ preciosis ornatus tollutini gradiebat: qua-
les prisci tollutarios asturcones mannosq̄ uocitarunt. hunc
gradarium equū sponsæ adduxerant octo illi adolescentuli
qui munia obibant stipatorum: qui uestes breuiore induti
argento textili confectas per imbrem lutumq̄ sponsam cō-
stipabāt: ex quibus aliquot uniones gemmasq̄ in calciamē-
tis gestare cōspeximus. Cantata sunt carmina sponsa trāseū-
te partim latino: partim uernaculo sermone composita: in
singulis illis septem portis: quas tēporarias ex ligno frōdi-
busq̄ uirentibus a zephirano scurra fabricatas supra docui-
mus: quæ singulæ sub tutela uirtutum singularum erant cō-
secratæ: ex quibus quatuor philosophicas: tres theologicas
appellant. Constat inter omnes spectatores nihil fieri po-
tuisse splēdidius hac pompa nuptiali: nisi pluui a cōtinēs ac
iugis obstitisset: quæ effecit ut nemo uestes preciosas ostē-
taret ut oēs incederēt penulati pileatiq̄. Rimata est hoc in-
uidia telū quo nuptias disturbaret. nā per diem & pernox im-
ber diem etiā posterū ex magna parte foedauit: quæ res ipe-
dimēto fuit quo minus spōsa ex cōstituto ædem diui Petro-
nii pompabiliter adiret: quem Bononiēses deū tutelarem
uenerantur. Cæterū non semper habet fortuna longas ma-

nus & interdum aduersa ratione superantur: nam princeps Bentiuolus ut semp est præsentissimo consilio uiam inuenit qua intra priuatos parietes ostendat principibus cunctisque proceribus magnificentiam apparatus nuptialis. Congregatis in cænaculo omnibus illustrioribus ex thalamo geniali sponsa progreditur uentura in cætum principum augustissimum antecedentibus nimistris architriclinorum numero centum. Ivi quoque omnes sericati formosum exhibere spectaculum: alii purpureo: alii hiacynthino: alii prasino colore monstrabiles: quorum erant calciamenta consimilia utpote consuta ad insignia Bentiuolorum: sed longe formosissimum spectaculum præbuere ipsi architriclini togas ex argento textili talares induti exceptis duobus: qui quæ erant equestri dignitate decorati aurea uestimenta gestabant: hi quoque in nouissimo loco utpote honoratiores agmen cludebant. in singulorum manibus scipiones erant picturati peculiaria ipsius architricliniatus insignia. Ex his complures torquati sunt conspecti torqibus aureis in summo pectore fulgentibus: omnes stupere omnes admirari tantum rerum fulgorem: tantas impensas quibus regia uectigalia uix sufficere possent. idem omnibus ornatus: idem uestimenti genus: omnes principatu digni uideri: omnes incessu maiestatem quandam præ se ferre. Et profecto cultus magnificus addit hominibus auctoritatem. Subsequebantur reliqui sex maiores architriclini uirgas auratas manu ferentes: quorum tres in uestimentis aureis profulgebant: duo concinnati: Sextus in argentea ueste splendescens. Deinde incedit sponsa incessu matronali mundo nuptiali decenter ornata quam omnes fere nostræ ciuitatis primariæ matronæ comitabantur non solum formositate conspicuæ: sed & uestimentis radiantibus monilibusque gemmosis condecoratæ. & mediussidius cultus formam maximopere uenustat. Ibi princeps Ferrariensis natam osculabundus amplectitur: ibi ex ritu christianorum celebrantur diuina mysteria: episcopusque urbinas a Pontifice maximo destinatus Diploma pontificale palam recitat: Quo nouis maritis cornubium fortunatum auctoritate qua pollet in terris amplissima denunciat. Iam dies ut inquit Plautus ad umbilicum erat dimidiatus mortuus:

Iam prandendi tēpus instabat. repente omnes se accingere
& sua quisq; munia diligēter obire. Lectisterniatores men-
sas apponere: omnes ex ordine accubare. principes una cū
spōsa in tribunali celsiores eminere. Optabat Princeps ben-
tiuolus & esse & dici conuiuator absolutissimus. cupiebatq;
istud nuptiale conuiuium si fie. posset esse posteris exem-
plum: itaq; cum sciret in rebus omnibus Domini plurimū
pollere præsentiā: & frontem occipitio ut ueteri adagio
testatum est esse priorem: instituit non solum interesse: sed
etiam præesse pompæ conuiuiali. Singulis mensis binos ar-
chitriclinos assignat eosq; bifariam diuidit: ut alteris dapes
integras inferentibus alteri efferant iā semetas: alteris scan-
dentibus descendant alteri: uicissimq; laborent & quiescāt
Ex hoc ordine effectum est ut præter luxum atq; opulentia
esset ordinatissimum compositissimūq; conuiuium. Bentiu-
uolus ipse discursare: fatagere rebus omnibus præsto esse:
ipse iubere oēs iussa obedienter exeq. adeo reuerentia re-
bus obeūdis efficax est. Dant manibus aquæ odoratissimæ
ex aquiminariis argenteis: quæ gutturnia alio nomine gut-
tiq; dicuntur: inferuntur ex faccāro nucleisq; pineis conci-
nata cibaria: inferuntur & panes dulciarii simulq; uinum ge-
nerosissimum: quod prisca passum ut opinor neoterici mal-
uaticū appellant: cui tanta auctoritas inest ut singulæ ex eo
potiones tantūmodo dent. In cesaris dictatoris epulo quat-
tuor uini genera apposita cōstat: idq; p. lautissimo celebrat:
at in hoc innumera exhibita fuerūt dulce: austerū: tētie: fir-
mū. Alius cōiua meracas potiones hauriebat alius dilutas
hūc suauia illū subaustera delectant: pocillatores præsto sūt
ut Cyatissent epulonibus p. ut singulorum stomachus & gu-
stus exposcit. Primis ferculis duobus aut ad sūmū tribus exē-
pta est fames esurientiū. Reliqua magnificētiæ causa sūt il-
lata: In quibus seruatū est ut altilia in singulis ferē missibus
mensæ principiū uiuentia importarent. uidimus porcellos
grunientes capreolos per triclinium cursitantes: histrices
aculeos subrigentes: uidimus pastillos quos uocant auicu-
las coquinatoria disciplina in cōiuiuo emittentes: quæ per
cænationem uolitātes effugiū quæritabant: Vidimus infer-
ri pauones flammiuomos plumis uersicoloribus uestitos:

oculosq; gemmatis caudæ rotantes. illati sunt & phasani cū
pennis: cuniculi lepuscūq; cum pellibus: quæ omnia oble
tamento fuere pransoribus. illata sunt & secundæ mensæ
bellaria: ex saccharo poma nuceq; omnis generis tanta arte
confectæ ut a ueris fructibus non internosceretur. Quid te
stuacea scitissimi saporis quid mellitissimas ex saccharo pla
centas? Quid tuceta preciosa: quid assaturas: quid conditu
ras exoticas enumerem? Quid tragemata cænam ex more
claudetia? quæ sermone uernaculo confectiones nuncupā
tur. Missus ferculorum circiter triginta fuerunt. Conuiuæ
ferme centeni quinquageni discubuerūt. Structores adhi
biti scientissimi obsoniorū scindendorū in frustra nō enor
mia. Quis tantus ingenio: q; tanta faciūdia præditus ut uer
bis idoneis posset multiugū minutatim explicare conui
uiū? Legimus in heliogabali conuiuuis exhibita fuisse supra
xx. fercula ingentiū epularū. Legimus Antonii & Cleopa
træ cænas fuisse lautissimas: quas imitabiles ipi nominabāt
Legimus luxuriosissimas uitelli patinas ueri imperatoris con
uiuium preciosissimū: luxū Luculi nepotalem: saliorum da
pes: pōtificū cænas. Legimus & illas apud priscos fuisse epu
lares cænas quas luculenti scriptores modo adiciales: mo
do dubias: modo pollucibiles appellant: quæ omnia epulū
istud bentiuolorū nuptiale aut æquat aut antecedit: in quo
omnia ī argēto puro edulia illata fuerūt: quod protractum
est ab hora diei. xx. in horā noctis tertiam. & cū de die epu
lari cepissent noctu electis triclinaribus surrexerūt: omnes
fere poti distēti oscitātes simillimiq; hallucinantibus. ipsius
conuiuui magna pars ad funalia lychnosq; pēsiles acta. Sub
crepusculū uespertinū cerei ex alba cera utpote preciosiore
cōfecti accēdunt: quorū tāta erat uis & copia ut nocturnas te
nebras flāmis exuperarent. Duo præterea cādelabra ingen
tis magnitudinis de argētata ex laquearibus auratis demis
sa pende bāt simillima lucernis priscoꝝ quas polymixos uo
citarūt: in his lilia & flores artificio mechanico concinatti ui
sebant qualia ornamenta fuisse legimus in candelabris So
lomonis. Erat præterea a ignis intra candelabra furtim in
clusus q; quasi ī radio discurrens hora stata lāpades & cereos
infixos accendit. omnes mirabūdi suspicere tam nobile cō

mentum: laudare tam fallaciosam machinationem: contē-
plari tam errabūdum igniculū: in cauo ædium ipsoq; uesti-
bulo nocturni luminis instrumēta globis piceis referta col-
lucebant: cunctaq; illuminabant. Finito conuiuio remotisq;
mensis paumēta uerrūtur scopis deauratis. Sunt hæc friuo-
la nec inficior: sed curiositas nihil recusat & ex friuolis ple-
rūq; grauiora pensitamus. Deinde saltatiōes choreæq; ma-
tronales exhibent. Saltauit & ethrusca puellula ex ossam sal-
tationem cum omnium qui aderant admiratione. mox spe-
lūca fictitia instar natiuæ siluofæq; speluncæ una cum mon-
te ligneo replit intra tricliniū: replit & castelli simulachrum
una cū turri nemine q; gestaret apparente. Intelleximus tūc
illud epigrammatici poetæ carmē quod prius subobscurū no-
bis legētibus erat: Replerūt scopuli mirādaq; silua cucurrit
ex his oībus paulatim nymphæ progrediuntur ad effigiem
dearum reformatae. Credidimus hoc Paridis esse iudicium
de tribus deabus quoniā Iuno & Venus affuerūt. Sed loco
Mineræ aderat Diana cū Nymphis: quæ saltare fabulam
ceperūt in qua nympharū una: tanq; transfuga ex castris Di-
anae cælibis ī castra Iunonis quæ conugalibus uīculis præ-
sides transmigravit. Canticū cecinerūt pueri symphoniaci
uoce canora cōcinentes: ad quorum rithmos nymphæ cor-
pus mouebant dantes staticulos saltatorios. Magna deniq;
parte noctis trāfacta inter ludos conuiuales cūcti cubitū fa-
cessunt. postridie eius diei aperit cælum serenū ac sudum &
sol radiosus exorit cuncta collustrās. Quocircadestinat pri-
ceps Bentiuolus ut sponsa ordine pompatico ad templum
diui Petroni religiosum proficiscatur id quod pridie face-
re nequerant. Conueniūt e uestigio matronæ omnes: con-
gregat omnis ordo nostratiū: præsto sunt architriclini ue-
stium argētearum fulgore conspicui cū populosa ministro-
rū familia. Adiunt principes ac proceres omnes in aula Ben-
tiuola congregati: Incipiūt bini terniq; procedere gradu lē-
to atq; pompatico: ibāt singuli hospites singulis ciuibus co-
pulati: hac pompa nihil pōpabilius: hoc spectaculo nihil spe-
ciosius excogitari posse contenderim. Via tota fulgebat or-
dine incedētium luminoso: qui aut coccinati: aut argētati:
aut aurati in incessu uidebantur: nullus sine oloferica ueste

in ea pompa conspectus. Nam bononienses & si semp alias uestitu cultuq; elegantissimo fuere: attamē id temporis oēs ut nuptias exornarent uestimēta serica ac bombicina p̄ facultatibus cōfecerant. Tanta aut̄ fuit pompæ incedētis multitudo ut primi iam in foro uiserent̄ quādo nouissimi ex palatio Bentiuoloꝝ uix dum egrediebant̄: res erat nō minus memoratu digna q̄ admiratione contemplari tot clarissimos p̄ceres: tot illustrissimos p̄cipes: tot summates matronas cocco argento auroq; fulgentes: qui ad deum salutā dum simul incedebant. Quicquid usq; speciosi est hic esse uidebat̄. Aedes ē diui Petronii ī foro Bononiēsi amplissima: quæ & si latericia est: tamen p̄pter uenustatem atq; simetriā marmoreis templis est æquiparanda: salutatis ex ritu christianorū religiosissime numinibus: mysticisq; canticis peractis eodem quo uenerāt ordine ad ædes bentiuolas reueniūt: ibi repotia ex more uetustissimo reparant̄: prandioq; lautissimo p̄cipes proceresq; cū matronis accipiūtur. Post prandiū data sunt oculorum uaria oblectamēta: editum est & simulachrū pugnæ gladiatoria. Nāq; in foro bentiuolo quod asseribus pauimentatū esse docuimus adolescentuli nostrates ad quinquaginta edocti a magistro armorum peritissimo: quales apud romanos fuere lanistæ: digladiari inter se ceperunt: & nūc punctim: nūc cesim ictus inferre: nūc illatos oculis uigilātibus euitare: modo assultibus uariis aduersarios premere: modo pressi retrocedere: deniq; oēs armorum tractandoꝝ numeros īplere: formosum sane bellicūq; spectaculum: in quo manica ferrea in medio digladiātium collocata & circū eam atrox certamē inter omnes exitum: dum singuli pro uiribus corripere contendunt. uictor ludicri certaminis pronunciatus Nicolaus cognomento bazanus qui primus manicam sustulit. Sub eodem papilione quo forum Bentiuolum tegebatur ludus pilaris celebratus non sine maxima spectatorum uoluptate. destinati erant ad pilæ lusionem hinc inde quinquageni iuuenes lacertosi: ualentissimique alteri amictu prasino conspicui: alteri hiacynthino: ita enim colores appello: quos semidoctum uulgus uiridem caelestemq; nuncupare consuevit. Alteri fortunam ducem sequuntur. Alteri pru-

dentiam utraq; pars suam inuocat suffragatricem. in medio follis pugillatorius uentosa granditate tumescens locatur quem calcibus pugnisq; incurfantes utrinq; omnibus uiribus neruisq; contendunt ultra præscriptos aduersarioꝝ terminos eiaculari. Nō ero in hoc spectaculo describēdo prolixior: cū paucis ante annis id ludicri genus in foro Bononiensi exhibitū copiosissime explicauerim in epistola ad Frāciscum puteolanum præceptorē meum scripta. Reliquum ante cænā tempus saltationibus & choreis impensum. post cænā ingrediuntur personati scænico ornatu intra nemus inclusi: quod consitum uiretis & arbusculis nihil pene distabat a uero nemore. cupidinis ludicrum egerūt homines ferri ac siluatici clauam ligneā manu gestantes instar Herculis clauigeri. cantata sunt carmina argumento discursibusq; reciprocis accommodata. ex his unus leonē cicurem exarmatūq; loro trahebat. erat autē homo leonina pelle uestitus testusq; adeo graphice ac solerter: ut a nescientibus uerus leo crederet. exhibitus est & in saltatione monoceros ficticius sequenti die qui dies erat pridie ka. Februarii simulachrum pugnae bellicæ ī foro maximo editum est: ad quod spectādū anteq̄ iretur in aula Bentiuola Ientaculū regiū dignūq; memoratu principibus matronisq; exhibet: quod inter cætera spectacula cū primis annumerari meretur: Nāq; per dulciarios artifices quos diu domi ob id ipsum habuerat princeps Bentiuolus cōcinnata sunt ex saccaro edulia uarii generis: quæ intra tricliniū ex ordine illata cūctorum oculos ad talem inspectionē conuerterūt. Præcedebat carrus cupidinis triūphalis ad amussim cōfectus: quem quatuor ex ministris baiulabāt: subsequēbant simulachra oppidorum: imagines elephantorū: effigies uolucrum: spectabatur & naues cū armētis: insignia principū & id genus q̄ plurima: quæ nemo a ueris internoscere posset: adeo ingeniosa est natura mortaliū ad cūcta quæ uelit imitāda. Oīa hæc importata fuere magis uisui q̄ esui accommodata: magis oculos satiatura q̄ stomachū. Singula singulis dono data principibus. Esculēta uero bellaria atq; tragemata oīs generis pro Ientaculo inferuntur: quorū magna pars in uulgus pro missilibus sparsa. Cū omnes lautissime ientassent itū est agminatim ad hasticos

ludos contemplandos: quos spōsa cum omni comitatu ma-
trionali prospectauit e speculatorio: quod decētissimum in
palatio senatorio ob id ipsum fieri iusserat minus roscius id
temporis dictator homo omnium nobiliū doctissimus om-
nium doctorū nobilissimus. Iam totus populus ac peregri-
ni passim pcurrentes forum compleuerant: & cuneos instar
cuneorū theatralium e ligno fabricatos fartim constipaue-
rant. Multi cum periculo salutis culmina tectorū quibus fo-
rum cingitur conscēderant ex imbricibus tegulisq; specula-
turi. Tres equitū turmæ totidemq; turmarum ductores ap-
paratu magnifico spectabiles forū ingrediūtur. Ordo agmi-
nisturmatim euntis talis fuit. Primus Hannibal Bētiuolus
equo inuehitur: quē antecedūt equi bellatores eximia ma-
gnitudinis aureis tegumentis uelati. circūstāt stipatores cā-
didati tanq̄ petitores magistratuū romanorū. Turmales re-
gali cultu procedūt: ipse armatus fulget ī equo. Arma radi-
antia aureo paludamento conteguntur pompa prorsus re-
galis opulentia: ex altera fori parte irrumpit Franciscus pri-
ceps Mantuanus: qui incomparabili magnificentia omniū
oculos in se ac suos conuertit: præibant lancearii habitu
thurcarū de quibus ante dictum est. Lancearios sequebant
bipotoxatæ cum scorpionibus. equi duodecim sine seffori-
bus ingenti corporatura deducūtur operti uelamētis: quæ
auro erant purpuraq; distincta: quorum fulgor omnes fori
partes illuminabat: de quibus Virgilianum illud dici merito
poterat. bello armanē equi bellum hæc armenta minatur.
Proximi ibant Doriphori ut ita appellemus gestatores ha-
starum bellicarum. Ipsius uero principis cultus iter precipua
spectabatur. Nāq; equo uectabatur exuperātissimo uigore
& inuisitata magnitudine & uectabat paludatus aureo palu-
damento: ornatuq; haud dispari suos exornauerat bello-
res. præcurrebant spiculatores induti uestimenta preciosa
utpote dimidiata ex auro dimidiata ex serico contexta. No-
uissimo loco introcessit Gibertus carpinas principis Benti-
uoli gener & ipse uisendo decore conspicuus ornamentis
equorū eq̄tumq; præfulgentibus. Venerūt & alii p facultati-
bus ornati: sed sup omnes Mātuanus regulus existimatus ē
illud decorasse spectaculum: cuius manica paludamēti car-

bunculis:hiacynthis:saphiris: & id genus gemmis preciosissi-
mis onusta p̄stringebat acies oculorum:ordo hastici certa-
minis erat talis. Duo cataphracti e regione collocantur qui
in equo immobili sedentes exciperēt ictus incurfantium: qui-
bus post horæ spaciū totidem recentes succedere debebāt.
Hæc bellicæ pugnæ imago ex militari romanoꝝ disciplina
mihi translata uidetur: apud quos tyrones exercebantur ad
palū. qui instar bellatoris immobilis excipiebat ictus con-
gradientium. pugnatū est horis amplius tribus cōtinēter: cō-
plures hastæ & a bellatoribus procurrētibus & a statariis fra-
ctæ: cōplures ictus armisoni ultro citroq; & illati & accepti
foro clangentibus tubis reboante spectatoribusq; plausu &
uociferatione fauentibus. Multorū eo die uiriliter dimicā-
tium uirtus spectata est: sed in primis Hanibalis Bentiuoli:
qui ante annos gerens robur animūq; uirilem specimē am-
plissimum futuræ uirtutis ostēdit: quæ in pulchro atq; pue-
rili corpore ueniens gratior fauorabiliorq; esse consueuit:
Gaspar Roberti sancto feuerinatis filius paternæ uirtutis
emulator fūctus est officio acerrimi bellatoris: sed iter om-
nes excelluit princeps Mantuanus quē post certamen iudi-
ces publico p̄conio uictorē pronūciauerūt: brauiq; quod
erat argenteū donauerūt. Trāfacto ludicio cūcti læticia de-
libuti cū oculorū desideria satiaffent foro faceffunt: iam die
in uesperā præcipiti recta ad ædes Bētiuolas pergunt nouū
infrequēsq; spectaculum speculaturi. Nam Florētinus qui-
dam machinator ægregius: & mechanicæ artis sciētissimus
machinam solerrissimo artificio fabricauerat: quam giran-
dolam uulgus appellat: quæ nostra lingua orbis flammeus
dici pōt. Utar enim hoc uocabulo quoad inuenero melius:
erat hæc machina funibus suspensa sub papilione Bentiuo-
li fori ingentis magnitudinis i rotūditatem circumacta: tri-
bus circulis cingebat medio extremos exuperante: cresce-
bat in uentrem labris paulatim se restringentibus: cui nihil
tam simile est q̄ calathi effigies. Ignis intra machinam fur-
tim inclusus arte mechanica alebatur per fomites incendio-
rum discurrens qbus tota moles erat refertissima: debebatq;
hora sub uesperū stata cū crepitu bomboq; maximo flagra-
tes radios eiaculari. Machinator p̄dixerat post primā horā

nocturnam futuram flammaram eiaculationem. Iam sub/
lato tentorio: reductisq; uelis auidissime præstolabatur po/
pulus numerosus condictū tempus conflagrationis. Iā cre/
pusculū iam tenebræ densæ iam hora fatalis aduētat: cū re/
pente tāta uis flāmæ & incēdioꝝ emicuit cū crepitu eruptio/
nis uehemētissimo ut cælū ipsum flagrare simul & ruere ui/
deret: ut multi præ pauore corruerint. fuligine fumo odo/
reꝝ sulphureo cūcta compleri. Radii igniti subinde erum/
pentes inter spectatores formidolosos uolitare: horum fa/
cies afflatu fœdare: illorum uestimenta comburere: fuitq;
plenū horroris cum uoluptate spectaculū: quod nouissimū
inter nuptiales lusus exhibitum haud quaꝫ displicuit noui/
tate blandiēte: quæ sempere solet esse gratissima: cum ad
noua homines libentissime ueniant ad noua concurrāt. ex/
acta est cæna saltationibus non inueniētis & id genus uolu/
ptatibus kalē. Februariis cum iam absoluta eēt ex omni par/
te festiuitas nuptiarum quæ quatrīduū celebratæ fuerunt:
hospites tam p̄cipes q̄ priuati suas quisq; domos repetere
& in patriam repedare ceperūt omnes imbuti hac persuasi/
one ut Iohannem Bentiuolū magnificentissime ornatum
se uero honorificētissime acceptos arbitrarent: crederētq;
reliquos Italiae p̄cipes facilius Bentiuolorum nuptias imi/
tatuos q̄ superatuos. Et me hercules nemo non uehemē/
ter admirari incredibilem tot rebus peragendis celeritatē:
secum quilibet reputare quantas facturus fuisset princeps
Bentiuolus nuptias si annum tempus ad ornamenta cōpa/
randa habuisset: cui bimestri spatio p̄ brumales dies tāta cō/
ficere licuisset. Ad nuptias celebrādas hospitū circiter tria
milia conuenisse memorant: q̄ p̄ hospitia ciuū diuisi partiꝝ
esculēter cibariis ex aula Bētiuola affatim suppeditatis. Ci/
bus potioꝝ oībus esuriētibus ac sitiētibus exhibita. illuc æge/
stosi tanq̄ in asylū cereris ac liberi p̄ris cōfluebāt: Tubicines
tibicinesq; ex oībus Italiae partibus innumeri affuerūt: t̄ipa/
nistæ utricularii choraulæ & id genus ferme omēs organici
musici undiq; cōuenerūt: audiuius petulātiā scurrarū fa/
tuitates morionū: uidimꝫ p̄stigia p̄stigiatoꝝ: nec pumilioes
desuerūt. Ex hoc oī numero nemo non donatus a Bentiuo/
lo p̄cipe discessit: iter multa apparatus nuptialis ornāmēta

ornatissimus magnificentissimusque fuit ordo architriclinorum: quorum nemo pro tot diebus eandem uestem bis induit eundem cultum iteravit. Quinimo singuli singulis diebus mutatoria subinde induebant. Idem quoque a principibus matronisque factitatum: munera nuptialia certatim ab omnibus collata. Ciues Bononienses publice ac priuatim quam plurima contulerunt. Alii maiora: alii minora pro facultatibus. Agricola ac rustici omnes pagatim oppidatimque cum donis nuptialibus ad Bettiolum principem accesserunt. Principes italici tam reges quam reguli legati que principum ac dynastarum preciosissima quisque munera attulerunt. Summa accepti haud dubie maxima aestimatur. sed summa expensi non mediocri. per eosdem dies clausae sunt tabernae: officinatores feriati: & leticiae causa indictum est iusticium: quod prisca romani in luctu ac periculis indicere solebant. Haec nuptialem festiuitatem scribendam esse duximus. Alii minutiora scribant & leuiora: quae nos consulo praetermisimus praebitura plus fastidii quam oblectamenti lectitibus. Quod superest deos deasque omnis rogo & oro ut conubiū istud uelit esse foelicissimum ac fortunatissimum: sicut nuptialis apparatus fuit splendidissimus: utque nouis maritis annos Nestoreos cum Metelli foelicitate largiantur.

Eiusdem Endecasyllabon.

Quo tu quo properas recens libelle?
Extra limina cur cupis uagari?
Intra scrinia cur nequis manere?
Cur limam refugis meumque caelum?
Cur optas uolitare per tabernas?
Vendi plus minus assibus duobus?
Exi: sed uideo tibi paratos
Ronchos Rhinocerotas & malignos.
Rugoso aut piperi dabis cucullos.
Aut merces olidas salariorum
Infelix gremio teges madenti.
Haec incommoda si sapis libelle
Vitabis: uia nam tibi parata est.
In chalci fugito sinum patroni
Qui iam suppetias feret clienti:
Qui te praesidio suo fouebit:

Qui doctos amat excolit uenustat.
Hunc quæras: reuerenter hunc adito:
Huic post legitimam osculationem
Dices protinus. o decus honorum
Te saluere meus iubet poeta:
Et te uiuere Nestoris senectam:
Et te principibus diu placere
Optat: siq; sui memor precatur.
I iam quo properas recens libelle.

Philippi Beroaldi oratio nuptialis habita Mediolani.

Nter multa uiri præstâtissimi ac matronæ ue/
nustissimæ quæ iucunda & utilia mortalibus
cõparata sunt: iucûdissimum & utilissimû est
maritale coniugiû: quod hoies disiûctos uin/
culo artissimo coniûgit: quod familias disso/
ciatas mutua affinitate cõsociat: quod necessi/
tudines cõciliat: quod amicicias religiosas comparat: quod
domos numerosa sobole fœcûdat: quod urbes legitimis
ciuibus replet: quod deniq; efficit: ne genus humanû tẽpo/
ris longinqtate depereat: sine quo nulla ciuitas: nulla gens
nec ipse ut ita loquar mûdus cõsistere põt: unde nõ medio/
cri laude dignus existimandus est Cecrops ille priscus: qui
diphyes cognõiatu esse fertur: hoc est duplicis geminæq;
naturæ. ppter ea q; primus foeminã mari sacrosancto matri/
monio copulauerit: quo dono nullû donû maius excogita
ri posse contenderim: quod nõ tã humanû q; diuinû: cuius
non tã cecropẽ q; deû conditorẽ credere debemus: sicuti &
ecclesiasticû dogma præscribit. merito itaq; ingeniorũ fons
Homerus populos i cælibatu uiuẽtes Abios appellat q; si ui
ta carẽtes: & mortaliû uita sine cõnubio dimidiata a luculẽ
tis scriptoribus nûcupat tanq; absoluta ac pfecta uita ex ma/
ris foeminæq; societate cõficiat. Et quẽadmodû laudãdi sũt
illi q; in ordine maritorũ numerari cõcupiscũt: ita illi uitupe
rãdi q; in cælibatu uiuere pseuerãt iugû cõiugale deprecãtes.
Quib; uero pconiis quẽ laudatiõẽ celebrari merent illi ue
teres romani: q; bus nulli unq; nec sanctiores nec bonis exẽ/
plis ditiores extiterũt: q; cælibes puniebãt multã irrogare
soliti si q; uxore ducere renuisset. Talesq; subinde censoria

nota afficiebant. Quae quidem in re mihi uidentur Lycurgi & Platonis leges utpote diuinitus conditas esse imitati: quae iubent eos omnes dedecore afficiendos esse pecuniaque multandos qui rei uxoriae non fuerint operati. Namque Scitis Lycurgi arcebantur caelibes ab inspectione ludorum gymnicoque: & honore illo priuabantur: quo iuuenes prosequi seniores consueuerunt. & illud in dercyllida a iuvene spartano dictum nemo non probat: qui assurgere illi noluit quum imperatori non improbo neque cedere subsellio uerbum illud promens dignum memoratu. Ideo tibi non assurgo quum neque tu filium qui mihi cederet genuisti. Platonicae uero leges tempus conjugale praescribentes multa dicunt illi: qui a xxx. aetatis anno usque ad trigessimum quintum uxore ducenda supersederit. Aristoteles quoque cum praetore Platone congruens praecipit in politicis foeminas circiter octauum decimum aetatis annum nubere. Mares uero circiter annum. xxx. sextum uxorem ducere debere. Hoc enim tempore utrumque copulari uigentibus corporibus. Caeterum inter nationes omnes romani conjugalia sacra reuerentissime coluerunt: & quam plurimis ceremoniis ornamentisque honestanda atque decoranda esse censuerunt. hinc illae quinque faces in nuptiis adhibebantur: quas ex spina alba confectas pueri patrimique gestabant. Quo numero haud dubie significabatur quod geminos uno mulieris puerperio progeneri posse: uel quod par numerus qui foemineus est & impar qui masculus: simul copulati progenerant. Hinc aqua & ignis in nuptialibus sacris afferebantur. Quae duo elementa uitam mortaliu maxime continent: ut uidelicet ostenderent: ita uirum foeminaque disiunctos steriles esse ac infocudos sicuti sine calore humor: sine humore calor nihil gignere possunt. coniunctos uero uim habere generatiouis aptissimam. Hinc nubentes colus compta & fusus cum stamine comitabantur: quae res plane demonstrabat uxorem in domo maritali lanificium exercere debere. unde & Thalassii nomen: quod lanificium significare autumant eruditi usurpabatur in nuptiis. Quid in praesentia memorem quemadmodum nouae nuptiae domum mariti ingredienti adipe suillo siue ut Masurius inquit lupino postes perungebantur: ex quo uxores denominatae creduntur. Longum sane foret si causas rerum omnium nuptialium singulatim recensere uellemus. Quocirca prudens praeteribo cur limen marita-

210
le nouæ nuptæ pedibus non tangebant: cur flameo luteo caput obnubebant. Cur cingulo nodo herculeo uicto cingebantur: quod mox in cubiculo maritus dissoluebat. illud prætereudum non est farreum nouæ nuptæ preferri solitum propterea quod nihil religiosius erat uinculo confarreatiõis: quæ solis ut inquit Boetius pontificibus conueniebat. Unde & matrimonia farracea a cõmunicatione farris nuncuparunt. Quanta ueneratione cõnubia romani prosequerentur: hinc maxime dignoscitur: quod cõplures deos nuptialibus peragendis præesse uoluerunt. Nam deus iugatinus noxiatus inuocabatur: quando sponsus sese sponsæ coniungebat: iugumque pariter maritale subibant. Donuducus adhibebat quando ad mariti domum noua nupta ducebatur: cui Cumerum quod nuptiale uas est præferri mos erat: deam uera Manturnam adorabant: ut scilicet cum uiro uxor iugiter maneret. Quod si rixæ iurgique conjugalia aliquando intercessissent: in sacello deæ uiriplacæ recõciliabant. Deamque uirginem idcirco uenerabant ut uirgini zona illa solueret: de qua est illud Catullianum. Quod zonam soluit diu ligatam.

Quinetiam Iunonem cognomēto cinxiam atque unxiam: Deum subigum: Deam premam atque partundam aliaque numina cõplurcula in conjugalibus sacris adhibuerunt: A deo matrimonio sacrosanctum atque uenerabile apud illos erat ut id non sub uno deo tutelari: sed sub plurimis tutandum custodiendumque censerent. Præterea eos qui in maritorum ordine numerabantur honoratiores his qui uitam cælibem degebant esse uoluerunt. Et olim Quintius Metellus numidicus in centura populum romanum hortatus est ad uxores ducendas causa liberorum creandorum luculenta quadam oratione: quam dein Augustus Cæsar cum & ipse de maritandis ordinibus ageret & ad matrimonia capessenda quirites hortaretur commodissime usurpauit: & mediussidius si uerum uolumus confiteri adiutorium uxoris uiro necessarium est. Nam quemadmodum uir foris & sub dio negociatur: comparatque labore ac uigilantia facultates quæ tectis recondantur: ita mulier res paratas custodit & illa omnia curiose conficit quæ domi debeant administrari. Sic alterius opera a natura comparata est ad exercita-

tionē forensem & extraneā: alterius ad domesticā diligentiā. Præterea quid dulcius quid iucūdius esse potest patri familias intra pœnates domesticos se recipienti: q̄ habere matrem familias cuius tutelæ cūcta domestica negocia credat: cum qua curas partiat cui cogitationes intimas cui paruos liberos tradat: quæ marito iugi exercitatione fatigato sit requies atq; fomentū: Et cum nihil in domo maritali diuiduū conspici debeat in cōmune ambo conspirāt cōtubernio dulcissimo perfruētes. Merito igitur uas electionis **Tu**ba euāgelii & sanctarum scripturarum armarium apostolus Paulus nuptias uocat honorabiles & cubile imaculatū. Merito honorabiles a nobis hodiernæ nuptiæ appellari possunt: cum sponsus & sponsa honoratissimi conspiciant. cum ambo splēdido genere clarisq; natalibus orti sint. Quis enī nescit familiā pirouanorum in hac urbe esse uetustissimam generosissimamq; utpote quæ olim rebus potita esse dicitur: quam non pauci in studiis ingenuarū artiū & potissimū medicinæ illustrauerūt. In qua nō solum litteræ & disciplina liberales: sed religio & cerimonix floruerunt: Cū ex hac iam pridem gēte prodierit Vir sanctitate uitæ clarus **Diuis Galdinus**: cuius nomē & sanctitudo apud Mediolanēses est uenerabilis. Verum hac tēpestate genus pirouanorum illustrat̄ ornaturq; uiro ornatissimo **Gabriele**. Cuius **Neogami** hoc est noui sponsi nuptias hodierno die nuptiali oratione prosequimur. est enim hic multiugis disciplinis decoratus. Astrologiæ peritissimus philosophiæ cōsultissimus & in primis medicinæ scientissimus: quæ uel singulæ ingenuæ artes quemuis hominē possent illustrare. Astrologia enim ab rerum terrenarum cōtemplatu mētes nostras euocat ad spectanda cælestia ad cursus syderum statos pensitandos: ad superas sedes noscitas. hæc efficit ut homīes partum a diis distare uideantur. Philosophia quæ mater artiū appellatur dux est uitæ mortalium. animorū morbis medetur: rerū causas solerter inquirat & diuinæ maiestatis archana rimatur quod foelicissimū existimat **Mantuanus Vates** Medicina uero qua nulla ars fructuosior esse fertur salutē deploratis restituit: morbos expellit: afflicta recreat: lāguētia corroborat & cum morte ipsa subinde colluctat̄: has tan

tas tāq; præclaras nuperi sponsi uirtutes exornant suauissi-
mi mores summa comitas dexteritas affabilitas: quæ res il-
lum haud dubie fecerūt apud Mediolanēses omnis fauora-
bilem: apud illustrissimos principes gratiosum. in sumā cha-
rus est omnibus: in usus nemini omniū beniuolentiam ge-
nuina quadam probitate demeretur. Cuius consobrinū eē
non pœnitet magnificum ac circūspectissimum uirum bar-
tholomeum chalcum: de cuius eximiis dotibus ac probatis-
simis moribus abunde iudicauerunt illustrissimi principes
Mediolanenses: qui eum archigrammatheū hoc est princi-
pem scribarum ex omnibus unum delegerunt quē omniū
archanorum participem ac consiliarium esse uoluerūt. sed
hæc obiter pauca de multis. Cæterum quemadmodū spon-
si familia generosa est: ita sponsæ genus illustre & peruetū-
stum esse creditur In quo multi in toga multi in re militari
excellētes extiterunt: qui suis ipsi uirtutibus apud uos co-
gnitissimi sunt: ita ut nostra laudatiōe nō egeant. Ipsa uero
sponsa omnibus quæcūq; in matronam cadūt dotibus præ-
dita Familiæ est ornamento. Ingenui mores Matronalisq;
uenustas sceminā cōdecorant. Et cum quattuor sint quæ in
sponsis quærantur forma. pbitas. nobilitas. dos: hæc formo-
sa hæc proba hæc nobilis hæc dotata est. quāuis ipsa nō illā
sibi dotem ducat esse quæ dos dicit: Sed pudiciciam & pu-
dorem & sedatum cupidinem. Deū metum. parentū amo-
rem & cognatum cōcordiam. Qualis dos probatur & ex-
petitur in primis ab Alcumena plautina. Deniq; ut semel fi-
niam pbata probatissimo: modesta modestissimo: Lauda-
ta laudatissimo nubit: Quorū cōnubium sicuti compar est
beneq; cōueniēs: ita dii faxint sit foelix faustum atq; fortu-
natum. ut diutissime uiuant uitam concordissimā iucūdis-
simamq;. & ut dulces natos suscipiāt: & ex natis dulcissimos
nepotulos aspiciāt: quorum lusibus oblectētur: quorū blan-
diciis refoueātur: quorū fortunis ac foelicitatibus cōdeco-
rentur. Sed iam tempus est ut formulā a maioribus institu-
tam usurpemus: & uernacula lingua loquentes præfatione
religiosa sponsum ac sponsam ita interrogemus.

Ad magnificum Minū Roscium Senatorem Bononien-
sem Philippi Beroaldi Bononiensis epistola.

Oānes boccatius homo in lingua uernacula di
fertissimus centū fabulosas hyttorias stilo ele/
gantissimo cōposuit: ex quibus duas nos potif/
simū excerptimus: easq; in latinū sermone nu/
per exercēdi ingenii causa transtulimus. Nam
quēadmodū maiores nostri ex græco in latinū & ex latino
uertere in græcū optimū esse iudicabāt id quod in primis.
L. Crassus & M. Cicero factitasse tradūt: Ita nobis cōduci/
bile uisum ē ex uernaculo uulgatoq; sermone aliqd Mythi/
conhyttoriconq; cōuertere i romanā linguā: ex qua cōuer/
sione ingenū mediussidius uegetat. eloquutio expolitur.
Supellex uerborū optimorum copiosissima comparat. In
hac aut̄ interpretatiōe fateor me nō ubiq; uerbū e uerbo sed
sensū expressisse de sensu: quædā prætermisse. nōnulla addi/
diffe. Eatenus ut decorē in trāslatione p uirili parte cōserua/
remus. Et hoc fecimus sequuti Oratii præceptum ita præci/
pientis in arte poetica. Nec uerbū uerbo curabis reddere fi/
dus interpret. quod etiā faciēdū docet Diuus Hieronimus
scribens de optimo genere interpretandi. Accipe ergo Vir
præstatissime & in studiis humanitatis litterisq; nris politis/
simæ opusculū a Philippo tuo cōcinatū. De alieno effigia/
tū. de alieno nostrū: quod legas quæso cū fueris ociosus cū
animū a Senatoriis mueribus publicisq; negociis paulisper
recreare decreueris: cū te in bibliothecā tuā quæ te singula/
ri eruditiōe decorauit: recōdideris. Tūc enī animus exuen/
dus est curis grauioribus: demulcēdus lris amœnioribus &
refouēdus uoluptatibus hylarioribus. Tūc halcæ nugæ po/
teris in manus sumere: poteris inspicere. & tuo polito lima/
toq; iudicio pensitare. Nūquid ad flosculos Boccatii in suo
genuinoq; sermone prænitentes aspirare potuerint nostra
itac latina inter pretamēta: Quæ tibi peculiariter dicaui.
Propterea q; ueri amoris ueræq; amiciciæ testimonia sūt lo/
cupletissima. quicqd idest boni cōsule & me uti soles ama.

Vo tempore octauius Cæsar nūndum cogno/
minatus Augustus in triumuiratu romanum
regebat imperium Fuit rome. p. Qu. Fuluius
homo patricius ac nobilis qui filium nomine
Titum fuluium iuuenē singulari ingenio præ/
q

ditum athenas misit ut philosophiæ studiis erudiret: eūq;
etiam atq; etiam cōmendauit chremeti uiro nobili amico
uetustissimo: qui Titum hospitiō suscipiens uoluit ut in cō
tubernio filii Gisippi familiariter educaretur: & utrūq; Ari
stipō id temporis philosopho illustrissimo tradidit erudien
dum: ut hisdem pariter doctrinis imbuerentur. Cum itaq;
ambo iuuenes uitam degerent communē: tanta similitu
do morum repente apparuit ut sūma germanitas summaq;
beniuolētia inter ipsos coaluerit. adeo ut uix morte potue
rit dissociari. simul ambo philosophiæ studiis incumbere.
simul ambo ad fastigium diuini dogmatis ascendere. am
bo excellētissimi ingenii dotibus pares existere. qui talem
uitam duxere circiter triennium maxima cum uoluptate
chremetis. is utrumq; pio amore prosequens nec in filium
q̄ in Titum propensior cum iam esset senio confectus e uita
migravit: Cuius obitum tanq; cōmunis parentis Titus atq;
Gisippus peræque defleuerunt & pari lamentatione prose
quuti sunt. adeo ut nec ipsius chremetis familiares ac co
gnati satis dignoscere possent uter eorum iuuenum magis
consolandus foret. post aliquot menses amici necessariiq;
Gisippi hominē conueniunt & ad uxorem ducendam pari
ter hortātur puellam se reperisse dictitātes Ciuem atticam
incredibili formositate conspicuam & generosissima gen
te procreatam: Cui sophroniæ nomen erat: & id temporis
Quintum decimum agebat ætatis annum. horum uotis gi
sippus utpote iuuenili ardore calescēs libenter annuit. Iam
q; appetebat tempus nuptiarū. Cum sponsus una cum Tito
ad sponsam uisendam proficiscitur: iam ambo intra ædes
sponsæ penetrauerant Iam inter Gisippū Sophroniāq; fa
cetissimi sermones serebant: Cum Titus quasi elegans spe
ctator fœminæ formositatis adhibitus cæpit curiosis oculis
cuncta perspicere & singula Sophroniæ membra callenter
pensitare: quæ cum mirandum in modum tota cōplacisset
ipse secū illam speciosissimæ puellæ uenustatē illud decus:
illam exuperatissimam pulchritudinem ubinde memoria
repetēs tāto amoris incēdio cæpit æstuarē: quāto nullus pri
scis tēporibus amator cōflagrauerat. cū itaq; domū repeda
sent: Titus intra cubiculū solus super Sophronia cogitare.

Sophroniam intueri: Sophroniæ nomen idētidem noiare
tanto magis ardescens q̄to magis in ea cogitatione uersaba
tur: tandem post multiplices curas crebraq; suspiria ita secu
lamentari exorsus est. Heu te miserū. heu erum nosam uitā
tuam Tite. Vbi animus ubi amor: ubi spes tuæ collocantur?
nonne uides nonne sentis hanc tibi uirginem in ea uenera
tione esse habendam: qua sororem? Hoc exigit munificen
tia & benignitas in te a chremete collata. hoc exposcit fida
uetusq; amicicia: quæ tibi cum Gisippo est huiusce adolescē
tulæ sponso. Quid igit cōcupiscis? quo te a fraudulento cu
pidine præcipitem trahi sinis? quo a spe blandiente. Reclu
de aliquādo oculos animi: & temetipsum in scælix recogno
sce: optempera rationi: & cohibe illicibilem appetitū. Mo
derare cupiditates insanas & aliorum cogitationes tuas cō
uertito. principiis obsta: & uince te ipsum dū tempus adest:
dum datur occasio. Istud quod tu tantopere affectas: turpe
flagitiosum indecorū est: Istud quod assequi moliris abs te in
primis fugiendū: Si id quod uera amicicia exposcit & quod
te ipsum decet intueri uelis. Quid nā igit tibi Tite factitādū
est? amor is mediuffidius illicitus illaudabilisq; relinquen
dus. alioquin inter fidos amicos perfidiosissimus iudicabe
re. Dein cum sophroniæ reminisceret mutato cōsilio cun
cta quæ dixerat retexens sic secum solus sermocinabatur. Ma
iores sunt profecto uires legis cupidinæ: maiorq; potentia
q̄ legum reliquarum. Leges cupidinis frangūt dissipātq; nō
solū leges amiciciæ: uerum quod maius est diuinas. Quoti
ens impellente cupidine pater filiam adamauit: frater foro
rem: nouerca priuignum: quæ haud dubiæ sunt maiora por
tēta q̄ si amicus amici uxorem ardentem amet: id quod iam
sexcētis factitatū. huc adde q̄ ego sum iuuenis: & iuuenta i
primis obnoxia est legibus cupidineis. Quod igitur amori
placet mihi quoq; placeat necesse ē. honesta senioribus cō
ueniunt. Ego id uelle cogor: quod amor iubet. formositas
huius uirgūculæ tanta est ut ab omnibus amari mereatur.
Et quis me merito poterit obiurgare? Si iuuenili ætate ca
lescētā decorā tā uenustā iuueniculā tāq; amabilē adamaue
ro: quæ a me non p̄pterea amatur: q̄ Gisippo desponsata
sit: immo eam amo libētiusq; amarem si alteri denupsisset.

In hoc fortuna obiurgari meret. Quæ sophroniam amico meo Gifippo potiusq̃ alteri habēdā tradidit. Quod si puella ob incōpabilē formositatē meret amari: sicut hercules meret debet æquiore aīo ferre gifippus: si rescuerit eā mihi esse potissimū cordi: nō alteri: hæc & id genus multa secū Titus ipse uolubabat aīo: qui nutabūdus in partes uarias distrahebat. Itaq̃ maxio curarū æstu fluctuās nō solū diē illū noctēq̃ quæ subsequuta est suspirādo cōsumpsit: sed & alias cōplusculas. adeo ut nec cibū caperet. nec somno indulgeret. In lectuloq̃ præ nimia uiriū imbecillitate decūberet. Gifippus utpote qui Titū iam pridem uiderat sollicitudinibus anxiiū & nūc eūdē uidebat ægrotantē: maximo dolore afficitur: omniq̃ adhibito studio ac diligētia nūq̃ ab ipsius latere discedēs hoīem sæpissime cōsolat. subinde causam exquirēs & curarū & ægrotatiōis. Cæterū Titus qui responsiones fallaciosas hætenus cōmētus fuerat ad gifippū astu decipiendū: Tādē suspirās ac lachrymabūdus. Gifippe inquit si diis placuisset: mihi erat mors iam dudū uita iucūdiō cogitāti a fortuna me eo esse deductū: ut mihi uirtutis meæ periculū faciēdū fuerit: quā appetitionibus dñantibus nō sine maximo meo dedecore succubuisse cognosco. Itaq̃ præstolor mortē quæ mihi sit futura suauior turpi uita atq̃ famosa. Iā. n. tibi cūcta denarrabo. iā ex me pudibūdo cūcta cognosces. Cū apud te nihil occulere: nihil dissimulare nec possim nec debeā: nec uelim. Et ab initio rerū exorsus detexit Scænam curarū suarū. Et quēadmodū secū acerrime cōtendissent hinc amor: illinc honestas: hinc dedecus. illinc decorū & ut tandē animus undiq̃ uexatus imperioso amorī succubisset. Deniq̃ edisserit quemadmodū sophroniā efflictim deperiret: asserens se amoris sordidissimi flagitiosissimiq̃ pœnas morte luere cōstituisse. ad eāq̃ citissime se puēturū. Hoc audito Gifippus paulisper hesitabūdus utpote sophroniæ cupitor: Dein secum ipse incunctāter decreuit uitā amici antepōnēdā eē uirgūculæ: & lachrymis Titi oppido commotus ipse quoq̃ plorabūdus sic infit. Tite nisi cōsolatione indigeres ego te apud teipsū exostularē tanq̃ amiciciæ nostræ præuaricatorē: qui tādū tuos acerbissimos affectus mihi ignotos eē uoluisti. Quod si tibi istud inhonestū ac inde/

corum uidebat. Scito inhonesta nō secus q̄ honesta cū ami-
co esse cōicanda. Nam qui uerus amicus est quātū ex hone-
stis amici rebus capit uoluptatis tantū a flagitiosis ac turpi-
bus amici animū abducere conat̄. Sed in præsenti arum his
post habitis ppiora discutiamus. Si tu sponsam meā sophro-
niā ardēter amas nihil equidē admiror: ualde admiraturus
si abste secus fieret cognita puellæ formositate & animi tui
generositate perspecta: quātō est ad passionē amoris sub-
eundas accōmodatior: quātō res cōcupita fuerit excellen-
tior. & quātō æquius sophroniā amas tātō iniquius de for-
tuna conquereris. Dū tibi uidet̄ eam abs te honestius amari
potuisse si alteri potiusq̄ mihi denupsisset. Verum si tu pru-
dens ac circūpectus es: prout esse cōsueuisti: p̄fecto cogno-
scere debes te plurimū debere fortunæ: Quæ sophroniam
mihi q̄ alteri fouēdā dare maluerit: Et enī qui uis alius mari-
tus suorū potiusq̄ tuorū amorū rationē habendā esse duxif-
set: Quod minime cadit in meos mores: Si me tam tibi: q̄
qui maxime sit: amicū esse credis. Cuius rei argumentū uel
hoc sit q̄ ego postea q̄ sumus inter nos amicitia copulati ni-
hil habuisse me memini quod nō tibi quoq̄ cōmune foret.
quin etiā hæc res nisi in eū locū adducta esset: ut reuocari nō
posset: id in præsentiā quoq̄ facerē quod reliquis in rebus
a me semp̄ añ hac est factitatū. Sed cū Sophronia in ea sit ad
huc apud me cōditione ut tua effici possit: tua mediūssidius
per me efficiet̄: Cū nō uideā in quo tu beniuolentiā meam
debeas magnifacere nisi ego quoq̄ nouero tibi morē gere-
re gratificari in eo potissimū quod honeste fieri potest: Nō
in facior Sophroniā mihi esse desponsatā & a me uehemen-
ter amari. cuius nuptias cupidissime præstolabar: Sed quo-
niam tu utpote me ipso curiosior rem tam desiderabile in-
credibili desiderio desideras. Viuito lætus & esto securus: p̄-
pterea q̄ sophronia nō mihi sed tibi nubet: & in meū thala-
mū tua futura coniunx deducet̄. Proin exuito curas: desine
tristitudinē: & pristina ualitudine recuperata gaudibū dus te-
metipsum consolare: Et aīo defecato operitor fructus amo-
ris tui suauissimos lōge amore meo præstātoris. Titus q̄tū
uoluptatis capiebat ex hoc gisippi sermone pleno spei blan-
dientis: tantū uerecūdia afficiebatur ostētante quo maior

erat Gissippi liberalitas: eo maiorē suam ipsius fore ad eam
usurpandā procacitatē: Quāobrem cū lachrymas cohibe-
re non posset ita respondit. Tua gissippe liberalis ingenuaq;
amicicia apertissime ostēdit: quid me quoq; in mea facere
deceat. Itaq; hinc deus auertat: Vt ego illam unq; abste reci-
piam in uxorē: quā tibi tanq; digniori fortuna cōcessit: Quæ
si nouisset hanc mihi cōuenire neq; tibi neq; alteri eam tra-
didisset: Vtere igitur lætus sorte tua. Vtere fortunæ dono
meq; finito quæso iter iuges lachrymas tabescere: quas mi-
hi utpote hominitanta cōmoda non merēti fortuna para-
uit: Quæ me hercules lachrymæ aut a me superabuntur: id
quod tibi periucūdū: aut me superabūt: Et ego hoc gli-
scente in dies cruciatu liberabor. Ad hæc gissippus Tite in-
quit: si a beniuolentia nostra tantū impetrare possum ut tu
meæ uoluntati obsequaris & si ab eadē tibi persuaderi po-
test: ut obsequi nō nolis: hoc illud est in quo potissimū de-
creui ipsius amiciciæ bñficio uti: Et si precibus meis nō re-
luctaberis: efficiam ut tu Sophronia potiaris: eamq; uim ad-
hibebo qua ī amici bonis uti debemus. Noui quātæ sint cu-
pidinis uires: qui nō semel sed sæpissime amantes perduxit
ad obitus miserabiles. Et talibus te amoris pedicis illaquea-
tum esse sentio: ut neq; regredi possis: neq; lachrymas ulla
ratione cohibitas moderari. Tibi uero impatientes cupidi-
nis uedines perferre nequeūti atq; ob id ipsum obeunti su-
perstes plane esse nolim teq; ocissime subsequar: Quocirca
& si nulla alia iter nos causa eēt mutux beniuolētix. Tamē
cupio te uiuere ut ipse quoq; uiuā. Scitoq; uitā tuam uel ob
hoc mihi esse iucūdissimā. Igit̄ erit tua sophronia cū haud
facile aliā reperire queas: quæ tibi tā opere placitura sit: Et
ego amorē meū nō sane difficulter in alterā transferēs & ti-
bi & mihi satiffecero: cui negocio obeūdo fortassis non sic
propēsus forem: Si tam raro tāq; difficulter uxores reperir-
entur: q̄ raro quāq; difficulter amici ueri reperiūt. Ideoq;
cū ego possim facillime uxorē alterā inuenire: amicum ue-
ro alterū difficillime: Malo uxorem amittere q̄ amicum.
Immo nec uxoris iacturā patiar si eam tibi concessero. sed
ex bona in meliorē fortunam eam transtulisse: neq; amicū
perdidisse existimabor. Proin si quid apud te pollet preces

meæ te rogo quæsoq; ut hac ægritudine deposita te meq; si
mul cõsoleris: Et optima spe fretus cõstituas eã capere uo/
luptatẽ quã tuus feruētissimus amor exoptat. Titus partim
pudore suffusus q; indecorẽ esse existimaret ut ipsi sophro/
nia despõsaret. partim stimulatẽ cupidine & hortamētis gi/
sippi uigoratus sic loquitur. Nutabũdus sũ Gisippe & incertus
utrũ magis tuo an meo desiderio obsequar: utrũ id facere
debeã q; tibi tãtope rogãti placiturũ esse confirmas. Et qm̃
tua erga me benignitas tãta est: ut meã exupet uerecũdiã: id
efficiã quod rogas: Tibiq; sit exploratissimũ me tibi nõ so/
lum optatissimã spõsam: sed ipsam uitã acceptã referre. Dii
faxint ut ego olim partim infortunis tuis amplificãdis par/
tim in honoribus cumulãdis possim tibi ostendere meã er/
gate beneuolentiã & fidem: & tu cognoscere queas q; mihi
gratũ fuerit hoc tuũ in me singulare bñficiũ. in quo tu me
ipso: erga meipsũ misericordior extitisti. Ad hæc gisippus
Tite inquit ut hoc negocium ad amissim peragat: mihi ita
agẽdũ uidet. Optime nosti quẽadmodũ mihi sophronia
post diutinas meorũ necessariorũ cõsultationes fuerit despõ/
sata. Ideoq; si nũc eam uxore repudiauerõ perturbatio me
hercules maxima & tumultus exorietur inter utriusq; cõsan/
guineos: neq; ego id magnifacerẽ si uel sic ipsa tibi uxor tra/
deret. sed uereor ne si hoc pacto res agat cognati eã alteri
statim despondeant: amboq; puella cupita simus uiduati:
Quocirca mihi uidet: si mō tibi idẽ uideat ut ego in id incũ/
bam: quod iam pridẽ inchoaui: hoc est ut sophroniam tanq;
uxore meã domũ ducã & nuptias sponsali ritu cõficiam. Tu
dein furtim sicuti cõmodissime inter nos concinabimus: cũ
illa p̃inde ac uxore tua furtim cõcũbes. Mox ubi uisum fue/
rit tẽpestiuũ rem oẽm patefaciemus Quod si a cognatis nõ
improbabit bñ erit. sin minus tu tñ uoluptate tuæ satiffece/
ris. Et cũ id quod factũ est fieri infectũ non possit necessum
erit ut illi uelint nolint rem ipsam approbare cogant. Pla/
cuit Tito tale cõmẽtũ. Quapropter Gisippus Sophroniam
perinde ac cõiugẽ suã domũ ducit iam Tito incolumi & ex/
ægotatiõẽ cõfirmato: Celebratisq; nuptiis cũ iã ad uespera
uisset Matronæ par anymphæ nouã nuptã in thoro geniali
collocãtes cubiculo p̃pere faceffunt. Erat thalamus Titi cũ

Gisippi thalamo coniunctus & aditus inter utrumque erat per-
uius. Itaque Gisippus luminibus dissimulante extinctis clan-
culum Titum adit: eumque admonet ut cum uxore sua cubitum
eat. Quo audito Titus pudore suffusus uoluit ab incepto de-
sistere. Sed Gisippusque non minus re quam uerbis pensus erat
ad explenda Titi desideria post diutinam disceptationem tam-
dem hominem intra cubiculum ingredi cogit: qui cum primum
lectum genialem conscendisset. nouam nuptam familiariter in-
terrogat: an ipsius uxor esse uelit. puella existimans illum esse
Gisippum: se uelle respondet. Tunc Titus Sophroniae digi-
to anulum pronubum induit faberrime factum ac luculentum.
Eamque his uerbis affatur: & ego uolo tuus esse maritus. Inde
cum ueneri coniugali ambo operarentur incredibili uolu-
ptate afficiuntur: Neque unquam Sophronia satis dispicere potuit
non Gisippum esse: sed Titum qui secum singulis noctibus con-
cumberet. Cum hoc pacto prederet Titi Sophroniaeque con-
iugium: moritur Romae publius Titi pater. Ex temploque ad il-
lum litterae afferuntur: quibus admonetur ut sine cunctatio-
ne Romam remigraret ad res suas omnes componendas.
Quo accepto destinat Titus secum ducere Sophroniam: reque
cum Gisippo communicat. Hoc autem non facile nec satis
comode fieri poterat. nisi Sophroniae prius rem omnem de-
texisset. Quapropter illam in cubiculum introductam de re-
bus omnibus prout transactae fuissent ambo comonefaciunt
Validissimisque argumentis Titus cuncta confirmat. Tunc So-
phronia cum turuo obtutu utrumque conspiceret paulum indi-
gnabunda prorupit in lachrymas & ubertim flens dolum in se
Gisippi detestatur. Et mox nullo super hac re emisso uerbo.
domum paternam repetens parentibus cuncta denarrat: & quem-
admodum ipsi ambo fraude Gisippi fuerint circumuenti: seque
non Gisippi: ut opinabatur: sed Titi coniugem esse. Hoc pa-
tri acerbum indignum contumeliosum uideri. ipse cum suis Gi-
sippique affinibus super hac re dolenter conqueri. Hinc contenti-
ones rixaeque inter utrosque non modicae fieri. Inuisus erat iam
Gisippus non solum Sophroniae necessariis: sed etiam suis. omnes
asserere eum non solum reprehensione: sed atroci punitione esse
dignissimum. Gisippus re se honestissimam fecisse contedere: ob
quam Sophroniae consanguinei sibi gratas gratias meminisse de-

berēt: cum illa melioriꝛq; generosioriꝛq; nupsisset. Titus hæc oīa intelligēs maxima anxietate afficiebatur. Idem cognoſcebat morem peculiarem eſſe græcorum ut tantisper uociferationibus miſiſq; contēdant. Donec aliqui reperiantur qui fidenter ac uiriliter cōgrediantur. Tūc non ſolum illos meticuloſos ſed uiliſſimos inertiffimoſq; exiſtere. Itaq; exiſtimans illoꝛq; contumelias atq; conuitia non ulterius eē toleranda. aīo romano præditus & prudētia attica decoratus cognatos Giſippi atq; Sophroniæ in unū omnes conuocat. Quo ī cœtu ipſe ſolo Giſippo comitatus ita differuit. Opinātur cōplures philoſophi omnes omniū mortaliū actiones deorū immortalīū prouidentia fieri atq; gubernari. Ideoq; affirmant quicquid a nobis fiat id omne fato & neceſſitate fieri. Alii uero autumant hanc neceſſitatem fato eſſe attribuentiam. Quæ philoſophoꝛq; opinioniones ſi diligenter penſitatae fuerit: latis aperte demōſtrabitur eos prudētiores diis immortalibus uideri uelle qui uolūt illa refellere: quæ neq; corrigi poſſunt neq; mutari. Enī uero credere debemus ab ipſis diis optima ratione errore nullo nos noſtraq; regi ac gubernari. Eſt enim mediuffidius ſtulta ac belluina temeritas uelle rephendere deorum operationes. Et artiſſimis illi catenis uinciendi plene ſunt: qui impudentiſſima procacitate ad fata deoꝛq; crimināda præcipitanter ruūt: inter quos ſicut ego ſentio uos eſtis annumerādi: ſi uera ſunt illa quæ audio uos iam pridem dixiſſe & quotidie dictitare. Culpatis enī uehementiſſime q; Sophronia mihi nupsit: quā uos Giſippo deſpōderatis. Enī uero cōſiderādum uobis fuit & curioſiſſime penſitādū: quē admodum fata a principio cōſtituerant: ut Sophronia non Giſippo ſed mihi in matrimonio collocaretur ſicut ipſa res in præſentia apertiffime oſtendit. Cæterum quia multis anceps & difficillimum uidetur loqui de diuina prouidentia aſſerentibus deos nullam agere curam rerū humanarum: mihi placet deſcendere ad hominū conſultationes. Vnde ſuper his rebus ſermoncinaturus duo efficiā neceſſe eſt moribus meis minime cōgruentia. Vnum eſt ut me ipſe laudem & oſtentem. Alterū ut alios uituperatione cōſectem. Verū id faciā moſteſtiffime hoc eſt q̄tenus cā ipſa exigere uidebit neq; digitū ut dicitur

trāuersum ab ipsa ueritate discedā. Vestraē cōtumeliā furo
re magis q̄ rōne stimulatā atrocissimis criminationibus uī
tuperant lacerant insectanturq; Gissippum. Propterea q̄ eā
mihi uxorem suo pte consilio tradidit: quam uos illi uestra
sententia cōcesseratis. In qua re ego existimo Gissippū lau
dandum: idq; pluribus argumentis confirmabimus. Primo
fecit Gissippus id quod amicum p̄ amicissimo facere decet:
Dein ipsius factum prudentius consultiusq; q̄ uestrum iudi
camus. Mitto in præsenti enarrare quod sanctissime leges
amiciciā præcipiant. quod moneant ab amico in amici cau
sa esse factitandū. hoc solū dixisse cōtentus sum q̄ uinculū
amiciciā arctius ualidiusq; humanos aīos cōnectit q̄ ius cō
sanguinitatis: qm̄ amicos eos habemus quos ip̄i deligimus
Affines uero & necessarios fortuna & casus assignat. p̄inde
nemo uestrū debet admirari si Gissippus q̄ mihi est itima fa
miliaritate copulatus pluris fecit uitā meā q̄ uīam oīum be
niuolentiā. Sed iā secūdū argumētū explicemus quo demō
strādū est Gissippū uobis fuisse prudentiorē: cū de deorū p̄
uidētia uos ut mihi uideat̄ nihil p̄sus itelligatis & multo mi
nus calleatis qd̄ efficere possit amicicia. Dicimus itaq; q̄ ue
stra cōsideratio: uestra solertia: uestrūq; cōsiliū despōderāt
Sophroniam Gissippo: qui & iuuenis est & philosophus. At
Gissippus eā tradidit mihi iuueni pariter & philosopho. Vos
eā uxore deditis hoī attico. Gissipp^o hoī romano. Vos spō
so generoso: Gissippus generosissimo. Vos diuiti: Gissippus
ditissimo. Vos iuueni Sophroniā despōdistis illā nō solum
nō amanti sed pene fastidiēti. Gissippus iuueni q̄ eā supra su
as fortunas omnes amabat. Quæ illi erat ipsa uita iucūdior.
Quod aut̄ uerissima sint cūcta quæ dicimus: q̄q; Gissippi fa
ctū magis sit laudabile q̄ id quod uos factitastis: singula si
gillatim p̄sentent. Me iuuenē eē & philosophū sicut ipse Gi
sippus est: habitudo mea & studiū sine lōga sermocinatione
ostendere p̄nt. Eadē est mea & Gissippi ætas. In studiis līarū
ambo pari semp̄ gradu pariq; uolūtate p̄fecimus. hoc uero
inficiari nec uolo nec possū: illū Atheniēsem me eē roma
nū: q̄ si de priæ nobilitate & gloria disputādū ē: dicā liberæ
ciuitatis me eē ciuē. Gissippi uero patriā eē uectigalē ac stipe
diariā dicā me ī eanātū eē urbe: quæ toti terrarū orbi dñe/

tur:illum in ea:quæ patriæ meæ obsequatur. Dicā illius ur/
bis me esse alumnū: quæ armis imperio & studiis littera/
rum sit florentissima: Cum Gissippi patria solis litteris cen/
seatur. Præterea quis uos hic me scholasticum esse despectis/
simū sordidissimūq; existimetis. non sum propterea ge/
neratus ex fece populari: imaq; plebecula. Aedes meæ in ur/
be Roma illustrissimæ refertissimæq; sunt uetustissimis ma/
iorum meorum imaginibus. Et annales maximi scitent ti/
tulis triumphorum. quos proauī mei egerūt in capitolium
neq; in præsentiarum gloria nostri nominis extincta lægue/
scit. sed indies magis magisq; iuuenescit. Omitto præ pudo
re enumerare diuitias meas luculentas. Cū animo meo in/
fixū sit honestā paupertatē uetus esse copiosūq; patrimo
niū nobilium ciuiū Romanorū: q; si paupertas apud uulgus
ignobile p̄brosa iudicatur: si diuitiæ in honore ac precio ha
bent: Ego possideo opes amplissimas utpote fortunæ alū/
nus. Nō me præterit uobis affinem charum fuisse & esse de
buisse Gissippū. sed nō ego minus uobis charus esse debeo:
si cogitaueritis Romæ me uestrū futurum hospitē frugi ac
diligentem: & in rebus tam publicis q̄ priuatis optimū stre/
nuissimūq; patronū. Quis igitur posthabito appetitu & ad/
hibita ratione consilia uestra Gissippi mei consiliis antepo/
net? p̄fecto nullus. Est ergo Sophronia bñ nupta Tito Qui
tio Fuluio nobilissimo antiquissimo locupletissimo ciui ro
mano Gissippiq; amicissimo: Quapropter quisquis ob id do
let atq; īgemiscit: nō id facit quod eū facere æquū ē: & qd fa
ciat nescit. Erūt fortasse nōnulli q̄ dicēt Sophroniā non tm̄
ob id īdignari. q; Titi sit uxor effecta: q̄tū dolere ac lamēta
ri super fraude ac dolo. quo maritū Titū fortita sit: q; clācu/
lum & furtim nullo amicorum conscio. omnibus cōsangu
neis ignorantibus Tito denupserit. At qui hoc neq; mirādū
est: neq; nouū inauditūq; cōtingit. Prætermitto illas quæ
inuitissimis patribus ac reluctantibus maritos sibi ipsæ repe
rerunt. Prætereo eas quæ amatores suos sequutæ larem fa/
miliarem ac ipsos parentes deseruerūt: & ante cōcubinæ fu
ere q̄ nuptæ. Prætermitto illas quoq; quæ prius pregnatio/
ne & foetu q̄ uerbo & ore matrimonia sua impudica detexe
runt. In quibus necessitate id euenit quod in Sophronia nō

accidit. Immo ordine & ritu nuptiali folerter & sanete eam
Tito Gisippus uxorem in legitimum matrimonium col-
locauit. Scio nonnullos futuros: qui querantur Gisippum ma-
ritasse Sophroniam id quod ad ipsum minime pertinebat. stul-
tæ pfecto tales sunt conquestiones atq; fcemineæ: & a nulla
prudencia prouenientes. Nonne hoc tēpore fortuna utit' ua-
riis nouisq; cōsiliis? Nonne instrumētis multiplicibus res de-
ducit ad exitus cōstitutos? Quid ad me si futor potius q̄ phi-
losophus: negociū meum optime cōfecerit: idq; uel clā uel
palam factitauerit: dūmodo finis sit ipse probādus: meū est
opus prouidere: ne deinceps futor: maxime si imprudēs est
possit meis se rebus ingerere: sed pro eo quod fecit gr̄as illi
agere debeo. Similiter si Gisippus Sophroniam mihi despon-
savit uobis nesciētibus: stulticia superuacanea est ob id cō-
queri & indignari quod cōducibiliter factū est. Si diffiditis
Gisippi prudētia: i posterum prouidete ne ipse eandem am-
plius maritandi habeat facultatē. Et pro eo quod fecit ho-
mini gr̄as agite. Cæterū hoc i primis scire debetis me neq;
per fraudes neq; p uasramenta uoluisse afficere ignominia
ac nota notabilitatē ac generositatem uestræ familiae. Nā
quis Sophroniam furtim ac dissimulanter uxorem accepe-
rim attamen non sicut raptor eam uiolau: neq; sicut hostis
impudice habui & contumeliose: neq; affinitatem uestram
habui despiciatui. Verum cū ego Sophroniæ exuperāti for-
mositate inflāmatu æstua rem uiderēq; me nequaq; illius
cōnubio posse potiri si eam a uobis prout fieri solet depo-
posciffem: propterea q; uos timuissetis: ne a me romano ro-
mā deportaretur illa: quæ a uobis mirandū in modū dilige-
batur. Vfus sum fateor arte clādestina: quæ nūc uobis facta
est manifestaria: effeci q; ut Gisippus meo noīe nuptias con-
ficeret: q̄s suo facere renuabat. Præterea quis ego effli tim
Sophroniam deperirem: nō tamen ut amator: sed ut legiti-
mus coniūx suos optatissimos amplexus cōcupiui. Etenim
ipsa locupletissimum exhibere potest testimoniū: nō prius
cū ea me concubuisse q̄ uerbis solitis atq; cōceptis: & annuli
arabone legitima mihi uxor efficeretur. Cū eam interroga-
uerim: an mihi nubere uellet: & ipsa se nō nolle respōderit.
Quod si deceptā esse se existimat nō sum ego coarguēdus:

sed ipsa obiurgāda: quæ quisnā ego forem quærere supse-
dit: hoc ergo ut semel finiam: ē illud atrox delictū: hoc ē il-
lud maximū flagitium: hæc ē illa capitalis fraus quam ego
amore tabescens una cum Gisippo cōmentus sum: ut. i. So-
phronia clanculū atq; secreto ignara nuberet Tito quintio:
ob hoc Gisippū obiurgatiōibus incessitis: Gisippo insidias
paratis. Gisippo minitamini. Quid amplius quæso faceretis
si eā hoī rusticano: si seruo: si nequissimo tradidisset? Quæ
catenæ qui carcer: quod patibulum sufficerent ad Gisippū
puniēdū? sed iam hæc missa faciamus. Venit tempus quod
a me nondum expectabatur. uidelicet ut pater meus more-
retur propter cuius obitū mihi necessum est romam remi-
grare. Quocirca cum mihi in animo sit Sophroniā in patri-
am mecum ducere uelle: uobiscū ea cōmunicauī quæ alio-
quin adhuc occuluissem. si prudentes eritis: hoc aīo æquis-
simo feretis. Nā si uos fallere: aut cōtumelia afficere uoluis-
sem: poteram Sophroniā uobis illulam ludificatamq; re-
linquere. Sed hoc dii prohibeant ut in romano spiritu tan-
ta labe tātaq; nequitia queat hospitari. Erit igitur mea So-
phronia partim propter uolūtate deorum & auctoritate le-
gum humanarū. partim ppter laudabilē Gisippi mei soler-
tiam & mei ipsius astutiā amatoriā. Cæterum q nosmetipos
diis hoībusq; sapientiores esse censetis: hoc omne negociū
uituperationi ac probro insipienter dare uidemini. Idq; dua-
bus potissimum de causis. quarum una hæc est: q; Sophroni-
am mihi eripiētes nulla probabili ratiōe polletis. Altera q;
Gisippū perinde ac inimicū habetis: cui haud immerito uos
omnes estis obnoxii: qua in re quanta sit uestra insipientia:
quātaq; temeritas nolo in præsentiarū enarrare copiosius.
Verum uos tanq; amicos amicus amice moneo & hortor:
ut omnes indignationū turbellas deponatis: ut oīs iracun-
dia abiiciat: omnia conuitia aboleātur: & mihi Sophronia
restituatur: ut ago gaudibūdu uobisq; affinis nō inuisus hinc
possim in patriam repedare ubi uiuam uobis semper dedi-
tus & mācipatus. Nam quod a me factum est id infectū nul-
lo pacto fieri potest siue uobis gratum futurū sit siue ingra-
tissimum. Quod si uotis meis refragrari destinaueritis: ego
uobis eripiam Gisippum: & si romam unq; appulero illā me

diuſſidius uobis inuitiſſimis recuperabo: quæ uxor mea le-
gitima eſt. Et inimicicias uobiſcum truculentiſſimas exercēs
uobiſ planū faciā q̄ ſint uehemētes animorū romanorū in-
dignationes. Poſtq̄ lōga ſatis & luculēta oratiōe Titus per-
orauit ex ſubſellio ſurgēs uultu triſtiſſimo & frōte corruga-
ta Giſippi manū apprehendit. Et cūctos illos ſe paruifacere ſi-
mulās quaffanti capite minitabūduſ inde faceſſit. Illi uero
qui intus cōmorabant̄ partim argumētis Titī prouocati ad
affinitatē amiciciāq; ipſius ineūdā. partim nouiſſimis illius
uerbis pauefacti inter ſe conſtituerūt utiliſ fore & cōduci-
biliſ Titū recipere affinem cum Giſippus affinitatē recu-
ſauerit: q̄ Giſippū amicū perdidiffe: & Titū inimicum com-
paraſſe: q̄ obrem ſimul oēs egrediētes Titū conueniūt. ſeq;
nō nolle demōſtrant ut Sophronia ipſi in matrimoniū col-
locetur: & illius affinitatē ſe plurimi facere oſtendūt. Giſip-
pum aut̄ ut amicū optimū cōplectūtur: & cū feſtiuitati atq;
letitiæ: qualia affines decent: genialiter indulſiſſent: inde
diſceſſerunt: Sophroniā Tito remittētes: quæ ut prudentiſ-
ſimā matronā decebat: cōuerſa in uirtutē: ut dici ſolet neces-
ſitate omnē extemplo amorē quo Giſippū proſequebatur:
traſſudit in Titū: & cū eo romā p̄fecta eſt ubi honorificen-
tiſſime a Titī neceſſariis familiaribuſq; accipiūtur. Interea
Giſippus Athenis relictus fere ab omnibus floccipendebat̄
qui intra breuiſſimū tempus p̄pter ciuiles aliquot cōtrouer-
ſias in egeſtatē atq; calamitatē delapſus. & mox athenis ex-
terminatus in exilium ſempiternum relegatur. Vbi egeſto-
ſus uitam erumnoſiſſimam agens tandem romam commi-
grauit. hoc cōſilio ut Titī benignitatē experiretur? Cogni-
toq; eū eſſe ſupſtitem & apud romanos oēs gratioſum ac fa-
uorabilē: ad ædes eius accedit. Quæ haud dubie erant ma-
gnificentiffimæ: & ante ueſtibulū cōſiſtēs quoad Titus do-
mū rediret præſtolat̄. Iam redierat e foro Titus. Iam domū
ingreditur. ſed cū Giſippus non audet affari memor illius:
qua uexabatur calamitatis. nauiter tamen operam dat ut a
Tito uiſatur: & recognitus introducatur. Cæterum Titus in-
trogreſſus haud quāq; Giſippū recognouit utpote ſqualidū
ſentum atq; pannofum. Quapropter Giſippus cū exiſtima-
ret ſe a Tito fuiſſe recognitum & propter lordes reiectum:

memor pristini beneficii quod in Titum ipse cōtulerat: In/
dignabūsus rebusq; deploratis inde discedit. Et cū iam ad/
uesperasceret esuritiōe confectus pecunia defectus mortis
cupidus ad locū urbis romæ incultū desolatūq; peruenit:
Vbi tenebricosam spelūcam ingredit̄ illic eam noctē quie/
turus: Vbiq; humi cubās iugibus fletibus debilitatus Tandē
somnia succūbit. Eorte ad hūc specum nocte intempesta ad/
uentant fures duo cū praeda: quā ea nocte cōpilauerant. Ex/
ortaq; inter eos nocturna rixa: alter qui ualentior erat infir/
miore alterum trucidat: hoc sentiēs uident̄ Gissippus exi/
stimauit se uiam ad mortē optatissimā facillime reperisse:
neq; opus esse ut sibi necem gladio manu sua cōscisce/
ret: Illicq; se tantisper cōtinuit: Donec familia prætoris eo
re cognita peruenit: a qua Gissippus tāq; reus homicidii uin/
citur iniectisq; cathenis furēter abducit: qui cum in quæstio
ne de rebus singulis interrogaret̄: haud cūctanter se homi/
cidam esse cōfessus est. Quāobrem prætore: Cui. M. Varro/
ni nomen erat iussit ut ex more romano in crucem tolleretur
Eorte id horæ uenerat Titus ad prætorium tribunal: qui cu
riosissime cōtemplans condēnati faciem: tanq; noscitabun/
dus ad hominē propius accedit: admiratusq; erūnosam ho/
minis amicissimi fortunam Cum uehementissime cuperet
Gisippo periclitanti opitulari. nec ullam rationē ipsius sa/
luti accōmodatā uideret: Tale cōmentū cōminiscit̄. Acce/
dit proxime ad sellā prætoris & uoce cōtentissima clamitās
ait. Marce Varro iube infortunatū hominē reuocari quem
tu morti adiudicasti. Est enim insons & huius homicidii pe/
nitus expers. Ego satis superq; satis deos immortales offen/
di illum iugulādo: quem ministri tui matutino iugulatum
repererūt: nec æquum sane est ut maiori nunc iniuria deos
afficiam permittens hominē innocentem trucidari. Varro
uehementer admiratus maximo dolore affectus est q; Titi
uerba ab omnibus palatinis excepta fuissent: qui cū nō pos/
set habita honoris sui ratione discedere ab eo quod leges
ac iura præcipiūt: Iubet Gissippū iam in orci familia nume/
ratū reuocari: Et corā Tito. quid tu inquit tam stultus eras
ut sine ullis tormētis te id fecisse fatereris quod nusq; perpe/
traueras: maxime cū talis causa foret capitalis: dicebas te il/

sum esse qui proxima nocte feceras homicidium. Ecce Titus adest qui ultro fateatur se esse paricidam asserens illum non ab se sed a seipso fuisse peremptum. Gissippus curiose prospectans Titum recognoscit & facile intelligit istud a Tito fieri salutis suae causa: utpote hominem non in memore pristini beneficii. Quapropter praeter nimiam pietate lachrymabundus: Varro inquit ego hominem occidi. Et iam Titi pietas nimis fera est. E contrario Titus praetor aiebat. hic quemadmodum uides peregrinus est & sine telo iuxta cadauer occisi reptus: Ex quo coniectare potes hunc hominem eruntis oppressum mori cupere: Proinde eum impunitum dimittito & me qui deliqui morte multato. admirabatur non parum praetor istorum duorum maximam constantiam: & iam praesagibat animum neutrum fontem esse debere: Et cum secum quo pacto uterque absolueretur: animo agitaret: Ecce superuenit quidam iuuenis nomine publicus homo uitae profligatissima & apud cunctos romanos obfurta cognitissimus: qui illud me hercule homicidium perpetrauerat. hic cum proculdubio sciret neutrum illorum esse conscium eius criminis cuius semetipsum participem esse uterque arguebat: tanta commiseratione affectus est propter utriusque innocentiam: ut ipse suapte sponte praetorem adiuerit: Eumque his uerbis sit allocutus. Mea praetor facinora me impellunt ad difficillimam horum quaestionem explicandam. Nescio quis deus praecordia intus exagitat: & mentem extimulat: Ut ego meipsum deferam & crimen meum patefaciam. Scito igitur neutrum istorum esse huic culpae obnoxium: Ego mediussidius is sum qui illum hominem de cuius caede altercatio istaec exorta est occidi matiturna hora circiter diluculum: & istum infortunatum: qui hic adest uidi ipse dormientem: dum furta cum illo partiebar: quem paulo post interimi non opus est ut ego Titum excusem: sua illum fama satis excusat: quae ubique gentium splendidissima est eum non tam turpi labe esse maculosum. Itaque utrumque absolutum & me fontem ea poena afficito quam leges praecipunt. Iam haec res peruenit ad aures principis octauii: qui cunctis accitis singula curiose cognouit: & cum singillatim quaeque denarrasset Princeps duobus quia in fontes erant libentissime pepercit: & tertium qui fons erat causa Gissippi ac Titi incolumem iussit abire: Titus cum Gissippi diffidentiam timiditatemque clementer

obiurgasset mira leticia hoïem complexus ad ædes suas de-
ducit: Vbi Sophronia piëtissimis lachrymis Gisippū p̄inde
ac fratrem hospitaliter suscipit: & susceptū honorificētissime
prosequit̄ ac fouet cū quo iam refocillato: iā bene uestito
iam in habitū suæ uirtuti congruentē reformato Titus om-
nes suos thesauros prædiaq; cōmunicat: eiq; sororē nomi-
ne Fuluiam adhuc uirgūculā in matrimoniū collocat. post
hæc cū Gisippo ita sermocinatur. In tua iam manu atq; arbi-
trio est Gisippe siue uelis hic apud nos cōmorari siue athe-
nas remigare cum rebus his omnibus: quas tibi dono dedi-
mus. Gisippus cum hinc exilium a patria procul eius animū
uellicaret: Inde beniuolētia qua Titum prosequerat̄ com-
moueret: Tandē cōstituit romæ uiuere uelle efficiq; roma-
nus. Vbi ipse cū Fuluia: Titus cum Sophronia in eadem do-
mo iucūdistime diutissimeq; uixit̄ indies magis ac magis
gliscente inter ipsos mutua beniuolentia. Est mediussidius
sanctissima res amicicia: & nō solum singulari uenetatione
digna: sed æterna laudatiōe decorāda utpote genitrix opti-
ma magnificentia: & honestatis: germana beneficentia ac
charitatis. Inimica odii & auaricia: semper prompta: semp-
q; propensa ad ea pro altero strennue peragenda: quæ pro
le alterum uellet operari: neq; preces expectans neq; blandi-
tias expetens: Cuius effectus probatissimi hodierno die ra-
re inter mortales conspiciūtur cuius rei causa est homi-
nū cupiditas inexplebilis: qui propriae tantūmodo utilitatis
rōnē habentes amiciciā ad penitissimas orbis terras exter-
minarūt extorreq; fecerūt. Quæ res quæ diuitia quæ affini-
tas efficere potuissent? ut lachrymæ æstus suspiria Titī itra
præcordia Gisippi ita p̄enetrassent: ut ipse sp̄osam suā for-
mosissimā generosissimā optatissimā alteri cōdonaret? nisi
amicicia: Quæ leges: Quæ minæ: qui p̄uor potuisset cohi-
bere brachia Gisippi ī locis tenebricosis ab amplexibus spe-
ciosissimæ puellæ ipsum nōnunq; fortassis laceffentis? nisi
amicicia. Quæ cōditio: Quæ merita: quod emolumentum
Gisippo p̄suasissent: Vt iacturā suorū sophroniaq; p̄p̄inquo-
rū floccifaceret. ut rumusculos populares cōtēneret. ut cō-
uitia illusiōes uellicatiōesq; maledicētissimorū p̄ nihilo p̄e-
deret. dum mō amico obseq̄ret? nisi amicicia: Et cōtra quid

Titū prōptissimū paratissimumq; facere potuisset ad mortē appetēdā. ut Gisippū liberaret a tormēto patibuli cū præsertim posset honestedissimulare se nō nouisse Gisippū? nisi amicicia. quid Titū fecisset adeo munificū adeoq; liberalē ut sine cūctatiōe suū patrimonium cū Gisippo diuideret quē fortuna oībus operibus spoliauerat: nisi amicicia: Quid Titū inflāmare potuisset ut sororē Gisippo sine mora desponsaret hoī egētissimo & in extrema calamitate collocato? nisi amicicia. Optēt itaq; miseri mortales multas uxores: fratres copiosos sobolē filiorū nūerosam: & pecuniis augeant numerū famulorū: neq; respiciāt cogitētq; quēlibet ex his magis seipsum amare q̄ alterū magis propriū uel minimū formidare periculum: q̄ curare: ut maximū infortunū a patre aut a fratre aut a dño propulsent: cum amico erga amicum omnia secus fieri uideamus.

Mythica hystoria in latinū euernaculo sermōe cōuersa.
Yprus insula est quōdā nouē regnorum sedēs oppidis nobilibus inclyta: & agrorū fecūditate nulli p̄cne insularū post ferēda: In qua sicuti priscis cypriorū annalibus proditum est: Fuit olim Aristippus homo haud dubie nobilissimus & oīum populariū lōge locupletissimus: poteratq; & eē & dici merito foelix nisi eius foelicitatē unica ī re fortuna obnubilasset: Nāq; inter cōplusculos filios unus illi erat: qui proceritate staturæ & eximia totius corporis pulchritudine reliquos oīs adolescētes lōge anteibat uerū insanus & necors Cui galeso nomē inditum a parētibus fuerat. sed quia neq; doctrina praeceptoris neq; castigatiōibus pr̄is: neq; solertia educatoris l̄as aut bonos mores unq̄ percipere potuerat: Eratq; uoce rudi & crassa moribusq; belluinis magisq; humanis pr̄ditus: ludibrii cā ab oībus Cymō nuncupabat. quo noīe l̄gua cypria bestius significat. Cū pater filii uecordiā egerrime ferret uideretq; illius spem oēm esse penitus deploratā: ne præsentario quotidie dolore afficeret: Cymonē amandatū uillicari iubet & procul a rebus urbanis cū uilliconibus exercere agricolationem. quæ res Cymoni fuit per q̄ iucunda utpote homini minime politico. Amantiq; magis mores rusticanos q̄ ciuiles. Is ergo dū res uillicas

curat & in prediis colendis operæ plurimū studiique cōsumit
forte die quadā accidit : ut hora postmeridiana solus obe-
undo paternos agros unico tantū scipione comitatus ingre-
deretur nemus pusillū quidem: sed quod in illis regiōibus
amœnissimum foret: Et tūc cū esset mēsis maius uernaque tē-
peries: frondibus uestitissimū uisebatur. eū istic ociose in-
ambularet Cymon fortuna duce pedetentim intrat pratulū
perq̄ exiguum: quod p̄cerissimæ arbores undiq̄ sepiebāt:
In cuius angulo fōs lympidis aquis frigidisque spectabilis sca-
turiebat: iuxta quem uidet supra uirentes herbas puellā dor-
mientem perfecta formositate cōspiciam: quæ ueste adeo
tenui atq̄ pellucida erat induta: ut nihil pene niuei coloris
tegeretur: infra cincturam uelabatur linteo cādidissimo te-
nuissimoq̄. prope eā ancillæ duæ etiā pedisequus unus pa-
riter somnū capiebāt. hāc ubi cōspicatus ē cymon nō aliter
q̄ si nullā unq̄ prius foeminam uidisset attonitus hesit: Ei ba-
culo inixus nulla edita uoce etiā atq̄ etiā mulieris faciē cō-
templatur: & mirabundus oris liniamēta solertissime rima-
tur. Inde paulatim in rudi pectore crassisque præcordiis: intra
quæ nullū politicæ urbanitatis uestigiū per mille antehac
documenta penetrare potuerat: exorta est noua cogitatio:
quæ in animo alioquin pingui incultoq̄ discurrens sic rati-
onabatur: nihil inter mortales hac formositate puellari ui-
sum esse formosius: coepit dein luculentæ foeminæ oēm ha-
bitudinē diligēter explorare: & particulatī singilatīq̄ deco-
rissima mēbra laudare. Capillos imprimis flauos admirari
quos aurei coloris eē cēsebat. Idē laudare frōtē nasū os cer-
uicē brachia pectus. repēteq̄ ex rusticano & agricola factus
arbit̄ & spectator elegātissimus formarū uehemēter cōcupi-
scebat uisere oculos quos illa sōno marcētes ac lāguidos ha-
bebat occlusos: quos cymō ut cōtueri posset sæpius uoluit
puellā exp̄gefacere: sed cū pulcherrīa ac uenustissima supra
reliq̄s oīs mulieres q̄s ullo tpe cōspexisset sibi uideret: uere-
ri coepit ne una foret e nūero dearū: neq̄ erat tā hebeti obtu-
soq̄ īgenio q̄ndi iudicaret dīna mortalibꝫ cælestia terrenis
uenerabiliora eē debere. iōq̄ seipm̄ cohibēs p̄stolabat ut su-
apte spōte puella exp̄gisceret: & quis ista cōtatio nimis lōga
eē uideret: tñ īsolita uoluptate pellectus & spectaculo nouo

captus illinc abire nō poterat. Spectāte itaq; Cymone & hac
spectādi uoluptate perfruēte post interuallū nō modicū ex-
pergiscit puella: Cui iphigeniæ nomē parentes indiderant:
quæ sublato capite patefactis oculis cōspicata: Cymonē ba-
cillo innixum ante seipsam cōsistētē uehementer admirat:
eūq; his uerbis affatur. Quid tu cymon id horæ per hoc ne-
mus inquiris? Erat cymon cypriis fere oībus cognitus par-
tim sua fatua simplicitate partim nobilitate diuitiisq; pater-
nis: qui ad iphigeniæ uerba nihil respondens oculos figit
in oculis puellæ: eosq; obtutu incōniūcti cōtuet: existimās
ex illorum fulgore manare suauitatē exuperatissimā: quæ
ipsius animū afficeret inexperta uoluptate gaudioq; incre-
dibili: quod cum uirgo animaduerneret uererī cœpit ne ille
obtutus incōniuens & immobilis mores hominis incultos
& inciuales excitaret ad aliquid moliedū: quod in suū ipsius
dedecus redūderet: Quocirca excitatis pedissequis festinā-
ter exurgēs uale inquit o cymon: & abiit. ad hæc subiecit cy-
mon. ego uero puella te libētissime comitabor: Iphigenia
quāuis illius comitatū atq; cōmertiū: aspernaret tamē ho-
minē ab se abigere nō quiuit donec ad uirginis fores peruē-
tum foret. Post hæc cymon domū paternam repetēs obsti-
nate affirmat se nolle amplius uillicari: & uitam rusticā cul-
pans incipit urbanā amplexari. hoc patri reliquisq; propin-
quis molestū esse cœpit: qui tamē tantisper expectādū esse
constituūt. donec intelligāt causam tam repētinae in homi-
ne mutatiōis. Cū itaq; intra Cymonis præcordia intra quæ
nullæ doctrinæ litteræq; ullo unq; tēpore penetrauerāt: cu-
pidinis sagitta penetrasset: cū Iphigeniæ pulchritudine ca-
ptus mores repēte mutasset nō parua admiratiōe parētem
suosq; oēs necessarios affecit. Primū petit a patre ut uestitu-
nō minus nitido q̄ fratres uestiat: quo facillime impetrato
uitā ducere parat cū politicis adolescētibus. Singula diligē-
ter inquirere & studiosè rimari: quæ amatoribus cōueniāt.
Idē cūctis uehementē admiratibus intra breuissimū t̄pis in-
teruallū nō solū lras didicit elemētarias. sed inter philoso-
phos excellentissimus extitit. Causa uero tatarū rerum: solus
erat amor Iphigeniæ: quo duce nō solū liguæ hesitatiā emē-
dauit & uocē ex aspera ac fusca clarā suaueq; effecit: sed etiā

musicæ disciplinæ factus est peritissimus. idē equitandi doctissimus: in re militari solertissimus: in maritimis terrestribusq; expeditionibus experiētissimus existere: breuiterq; ne particulatim uirtutes eius enumerē intra quadriēniū iuuenis euasit indolis pbatissimæ: ita ut modestior elegātor pluribusq; animi dotibus decoratus q̄ omnes alii cyprii adolescentēs existimaret. Quid ergo de amore prædicabimus? quibus præconiis amorē extollemus? equidē cū in aīam cymonis generosissimā sydera natalicia uirtutes egregias infudissent: fortuna inuida uinculis illas firmissimis uinxerat incluseratq; intra præcordia: ut nullo pacto emergere possent & se se ostētare: solus amor nodos illos dissoluit refregitq; ut pote ipsa fortuna ualētior atq; potētior. quiq; īgenia sopita atq; marcescētia excitare subinde cōsueuerit. eaq; tenebris iuoluta crassioribus sua ui ī lucē lucidissimā educere. & me hercules cupido sæpissime solet ex locis tenebricosis extrahere spūs generosos & ī loca illustrissima suo fulgore pducere Igit̄ cū cymō amore iphigeniæ exæstuas nōnūq; put iuuenes amorabūdi facere cōsueuerunt: a recto æquoq; discederet: nihilominus Aristippus æquo aīo cūcta ferebat ī filio quē uidebat ppter amorē ex ueruece & rusticano factū esse politicū & urbanū. q̄netiā illū nōnūq; hortabat̄ ut oībus suis cupiditatibus obseq̄ret. Cæterū cymō quero noīe galesus dicebat̄ remiscēs se ab iphigenia cymonē quasi noīe cōtumelioso fuisse nūcupatū: hāc notā tollere ac maculā abolerē cōstituit. Et cum flagrantissimas amoris uredies cuperet emoderari frequēter cypseū appellat iphigeniæ patrē ut sibi filiam despondeat. Ille uero asserere se eam iam pridē despondisse pasimōdæ iuueni inter rhodios iuuenes generosissimo: neq; datam fidē uelle præuaricari. Iamq; appetebat tēpus pactarū nuptiarū Iā spōsus spōsam miserat accersitū. Tunc hæc secū cymon. Iam tēpus instat quo tibi iphigenia demonstrē quāto te amore complectar quanto tui desyderio æstuem. tu me hominē ex bruto fecisti: tu me politicum reddidisti: quod si mihi dii concesserint ut ego te uxore potiar tuoq; suauissimo cōtubernio fruam: nihil uereor qn deo sum futurus q̄simillimus. & profecto aut moriar aut possidebo te cōiugē: hæc secū ratiocinatus aliquot amicorū nobi/

li genere natos furtim cōuocat cum quibus cūcta cōmuni/
cat & quid fieri uellet ostēdit. mox clanculo nauigiū ornat:
rebusq; oībus instruit ad pugnā naualem accōmodatis: qui/
bus ad amussim pfectis nauē cōscendit & uentis uela cōmit/
tit præstolaturus in mari nauigiū. quo iphigenia ad maritū
in insulā rhodō trāsportari debebat. Iam spōsæ pater hono/
rifice atq; hospitaliter accepit rhodios hoīes missos a spon/
so. iam noua nupta nauē ingressa maritimū iter capeffebat
& rhodū uersus pram uelaq; flexerāt. Ecce cymon q; ad hoc
uigilāter excubauerat die pximo aggredit nauē iphigeniæ
suo nauigio ad preliādū ornatissimo. & in puppi stās feroci/
ter in eos inclamat qui sponsam comitabant. state uiri uela
colligite aut oēs naufragio occūbite. Aduersarii cymonis
iam strinxerāt gladios seq; nautico certamini præparabant
quo aī aduerso cymō manū ferream quē arpagonē uocitāt
in puppim rhodiorū strēnue iniicit nauēq; remorans nau/
gio suo rostrato arctissime connectit. mox leonis iubati in/
star nō expectato sociorū auxilio solus rhodiorū nauem in/
siliens cūcta perturbat. & amore uires suggerēte stricto mu/
crone in medios hostes uiriliter incurfat: & cum hinc unus
inde alter mox plures uulnerarētur. rhodii suis uiribus diffi/
dentes cum neq; repugnare neq; effugere possent se se cy/
moni dederūt: qui deditos sic affatur. rhodii homīes ne/
q; predæ cupitas neq; ullum in uos odium mihi persuasit ut
ex cypro discedens uos in mediis fluctibus inermes ipse ar/
matus aggrederer. sed res illa quæ me ad hoc impulit: quæ
a me amplissima existimat: quā acquisiuisse operæ precii
esse censeo: ea a uobis facillime & cum pacificatione con/
cedi potest: ea aut est Iphigenia: qua mihi nihil est neq; cha/
rius neq; iucūdius: quā cū ego a parētibus amice & comiter
ipetrare nō potuissem: amor me coegit ut a uohis hostiliter
& armatus auferrē. destinaui ipse mecū succedere uicarius mu/
neri pasimondæ: & agere iphigeniæ maritū. proinde eā mi/
hi tradite & diis bene fauentibus in patriā remigrate. Rho/
dii quosuis magisq; uoluntas ultro nea cogebat: lachryma/
bundi iphigeniam cymoni tradunt: quæ cū ubertim fleret
noli inqt cymon generosa puella te ipsam macerare. nil est
qd uerearis: ego sū ille tuus cymō q; te diutissimæ ardētissi/

meq; deperiui: qui ppter æstū amoris torrentissimū magis
merui habere te uxore q̄ pasimondas ppter paternā pactio-
nē: quo dicto ad socios reuertit̄. & rhodios tradita iphige-
nia cū rebus oībus iuiolatos dimittit. Cymon qui se beatio-
rē cūctis mortalibus existimabat Auctus tā opulēta ac pror-
fus regali præda cū sociis cōsultat in præsentia nō eē in cy-
prū redeūdū: quo circa cōmuni consilio chretā uersus nauī
gare moliūt: ubi oēs & potissimū cymō se se tutos fore cre-
debant cū illic cognatos & amicos plurimos haberēt: Sed
fortuna quæ iphigeniā cymōi fuerat gratificata utpote dea
mobilis cōfesti gaudia uertit ī luctus lamētabiles. uix horis
quattuor ab discessu rhodioꝝ exactis supuenit nox: quā cy-
mon sitiēter præstolabat: quāq; sibi noctibus oībus dulcio-
rē fore iam mēte cōcepat. ecce pcellosa tēpestatas exorit: cæ-
lū fit nubibus atrū: mare uētis furētibus undabūdū. Nemo
quid utile factu foret satis dispicere: cuncti trepidare obli-
nauticoꝝ ministerioꝝ: Quis uerbis idoneis posset explicare
q̄to mœrore id t̄p̄is cymō eēt affectus. ip̄e secū reputabat iō
suos sibi amores idūlgere deos uoluisse: ut mortē sentiret
asperiorē: quā prius sine iphigenia nō magnope recusasset.
Dolent lamentaturq; cymonis socii. sed iphigenia ubertim
flēs supra oēs dolore cōficit̄ ad singulos undarū fluctus tre-
mebūda: & cymonis amorē audaciāq; plorabūda detestat̄:
tanq̄ turbo ille pcellosus nō aliūde seuiret: q̄ ex indignatio-
ne deoꝝ nolētū cymonē puellæ raptu cū gaudiali uolupta-
te potiri: uolētūq; ambos simul erūnabili morte defungi.
Inter hos puellares eiulatus nautæ remigesq; quo se uerte-
rent nesciebāt: & uēto in horas magis magisq; increbrescē-
te nauis appellit̄ ad insulā rhodon: quā illi rhodon esse præ-
tēpestate scire nō poterāt. hic uiribus annixi ut ex undis ad
terram quoquomō descendāt de sola salute cogitantes ad
eū forte locū: ita uolētibus fatis peruenere: quo rhodii illi
quos cymon abire pmiserat paulo ante puenerāt: nec prius
se rhodon delatos fuisse nouerūt: q̄ aurora ex oriente uide-
rūt nauē ab ipsis pridie dimissam uix teli iactu distantē quā-
obrem cymon supra quā dici pōt anxius timere cæpit ne id
sibi quod mox accidit accideret. iubet cōfestim oī adhi-
bito conatu illinc educi nauigium quocūq; alio deferantur

puifaciēs: nullibi enī se pīculosius q̄ istic eē posse existiabat.
Conatus remigū sociorūq; maximī sed inefficaces extitere
reflātibus uētis: quorū uel inuitissimi in littus detrudunt.
ubi eueftigio recogniti sūt a nautis rhodiorū. tūc ex illis re/
pēte unus curriculo it ad uillā haud lōge diffitā: quo globus
ille rhodiorū nobiliū se cōtulerat: hisq; ex ordīe denarrat cy/
monē cū iphigēia eadē q̄ ipsos tēpestate ad idē littus depor/
tatos fuisse. quo audito rhodii adolescētes statī gaudio p̄si/
liūt agricolisq; cōpluſculis uocatis ad mare p̄currētes cymo/
nē una cū iphigenia iam iā fugā meditantē intercipiunt: ca/
ptosq; ad eadē uillā illico ducūt. Venit eodē paulo post lisy/
macus: qui illo sorte āno sūmus erat magistratus rhodiorū
stipatus globo militari: qui cymonē sociosq; in carcerē duci
iubet. sicuti pasimōdas ubi rē oēm rescuiffet cū senatu rho/
diensi constituerat: sic infortunatissimus amator quā paulo
ante lucrifecerat iphigeniā amittit: Cuius prāter paucula sa/
uia nihil dulce gustauerat. hanc sūmates matronæ cōplures
comiter accipiūt fomētis refouēt solatiis mitigāt p̄ti ex ca/
ptiuitate subtristē p̄tim ex maritima fatigatiōe defectā. mā/
litq; apud illas usq; ad conditā diem nuptiarum. Cymoni
sociisq; uitā carcerariā uiuere cōcessū est ob eā: quā ipse rho/
diis iuuenibus indulserat abeūdi facultatē: pasimōdas aut
p̄ uirili parte urgere instarē ut ī carcere necarēt: quo in p̄pe/
tuū dānati fuerūt uitā erūnosam sicuti parē degētes oī pror/
fus uoluptatū spe uiduati. Interea dū pasimōdas apparatus
nuptialē p̄ facultatibus instruit: fortuna p̄inde ac p̄cēnitudi/
ne affecta cōminiscit suppetias Cymoni salutare. Erat pasi/
mōdæ frater natuq; dē mīor sed uirtute nō mīor noīe Hor/
mīsdas: q; post diutinā cōsultationē decreuerat ducere uxo/
rē puellā quādā noīe Cassandrā: quā forma scitulā efflictim
deamabat lisy macus. Igit̄ pasimōdas nuptialē festiuitatem
maxīo apparatu celebraturus optimū factū duxit fratri per/
suadere ut eodē quoq; & ip̄e die uxore ducere uellet: ita enī
sefe supseffuros ip̄ēsis nuptiarū duplicatis. itaq; negociū cū
parētibus Cassandræ cōponit ut puella Hormīsdæ fratri de/
spōdeat: utq; eodē die quo ipse duceret uxore iphigeniam:
Cassandra itidē a fratre duceret: Hæ cōsultationes mirādū
in modū displicuere lisy macho ab oī iam spe decidenti: cui

persuasissimū erat Cassādrā sibi nupturā si hormisdæ nō nu-
beret: Sed quod prudētis uiri officiū est premit altū corde
dolorē secū ipse uolutās quo pacto hasce nuptias disturba-
ret. nec ulla inuēta rōne de puellæ raptu deliberabūdus se-
cū agit: id quod illi facile factū haud dubie uidebat' utpote
sūmū agēti magistratū. Cōtra ab hoc incepto hoīem reuo-
caba: dignitas honoris: cuius decus auget facinoris dede-
cus. Tādē post multiplices cōsultatiōes amorī cessit hone-
stas & ratio succubuit appetitui. Nāq; lisy macus festinat uel
cū discrimīe salutis rapere puellā. & dū aīo ptractat quo or-
dine qbusue opitulatoribus hoc negociū cōficiat: forte cy-
monis remiscit: quia cū sociis carceris publici custodia cō-
tinebat'. Re diligēter pēsitata it nō minus aīo q̄ pedibus in
hāc snīam: neminē neq; fideliorē neq; p̄batorē ipso cymo-
ne ad hoc munus obeūdū posse repiri quē p̄xima mox no-
ctē intra cubiculū suū furtim introductū sic affat'. Quemad-
modū o cymō dii ad bona hoībus largiēda ppēsī sūt: ita ho-
minū quoq; uirtutes solerter expēdūt. Et quos in toleran-
dis calamitatibus fortes offenderint: illos utpote magna-
nimos maioribus bñficiis psequūt'. Voluerūt dii expimē-
tū tuæ uirtutis cape splēdidius certiusq;: q̄ quod intra larem
patriū diuitiis copiosū tu p̄ temetipsū p̄stare potuisses. &
sicut fando audiuimus te ex bruto atq; insensato ingeniosū
solertēq; effecerūt. Dein cū fortuna colluctatē & nūc carce-
ri tetro mācipatū experiūt' nunqd alius in p̄sentia sis atq;
tūc eras cū p̄da parta potiebaris. Quod si idē es q̄ iā pridē
fuiisti: nihil unq; ab īmortalibus diis tibi ante hac datū est iu-
cundius optatiusq; ea re: quā in p̄sentia largiri moliūtur:
Quid id sit ut pristinas uires aīositatēq; recipias paucis edo-
cebo. Pasimōdas īfortunio tuo lētus p̄curatorq; necis tuæ
uigilātissimus festinat nuptias iphigeniæ celebrare ut capiat
uoluptatē ex ea p̄da: quā fortuna tibi primo benigna cō-
cesserat mox turbata surripuit. Quāto aut tibi hęc res dolo-
ri eē debeat: si uero amore flagras: plane cognosco. Hoc eo
dē die hormisdas pasimōdæ frater similē in me ac p̄ne eā-
dē īiuriā cōcinare molit' uolēs & ip̄e uxorē ducere Cassan-
drā: quæ mihi rebus oībus ē p̄ciosior. Ad hęc incōmoda
cōtumeliasq; ppulsandas sola nobis a fortuna uirtus relicta

est. Eia age hac duce strictisq; gladiis fiat nobis uia ui: tibi ad
secundā mihi ad primā puellæ rapinam. quod si me ducē pul
cherrimi facinoris strenue sequi nō recusaueris in manibus
tuis est & liberta s & iphigenia: Quibus duabus rebus nihil
apud te expetibilius esse debet. Hæc lisy machi uerba cymo
nis animū haud dubie refocillarūt erexerūtq;. q; statim citra
cōsultationē rīdēs sic inquit. Neminē lisy mache neq; fidelio
rē neq; fortiorē me potes iuenire ad hoc facinus pagēdū: si
mō quod mēoras factū fortuna seqt. Quocirca quid mihi
agēdū sit tu ipse pspicito: & ego te ducē incontanter subse
quar neq; imbellis neq; meticulosus. ad hæc lisy macus per
endie inqt nouæ nuptæ ad ædes maritales ducēt intra quas
nos una cū sociis fidissimis armati circa primā noctis uigiliā
irrupētes illas ex ipso cōuiuio rapiemus: raptasq; ad nauem:
quā ob id ipsū clāculo fieri iussi: pducemus nemini pcentes
eorū: qui obsistere ei negociū nobis faceffere tētābunt. Pla
cuit ordo rei gerēdæ Cymoni ad præstitutā usq; diē i carce
re dissimulāter cōmorāti. Iam uenerat dies nuptiis destina
tus: quæ pōpabili ter atq; magnificæ celebrāt. Dū tota duo
rū fratrum domus regali luxu iplēdicat & nuptiali feruet appa
ratu: Interea lisy macus oībus rebus negocio accōmodatis
instructus Cymonē Cymonisq; socios necnon & suos tectis
sub ueste gladiis trifariā dispartit. Nāq; alii furti mittunt ad
portū: neq; cōscēdētibus nauigiū impedimēto esse possit:
alii i uestibulo locant pasimōdæ domus: ne a quopiā exitus
itercludi queat. Gū reliqs ipse unaq; Cymon nuptiali a tecta
sub cōdictū tēpus ingrediūt: scalas cōscendūt: cænationem
irrupunt: ubi nouæ nuptæ una cum pluribus sūmatibus ma
tronis ordinatim iā discūbebāt. ibi mēsis præcipitāter inuer
sis suā quisq; corripit eafq; asseclis mandāt ad nauim eue
stigio deducēdas. Spōsæ reliquæq; matronæ fletu lamentis
& eiulatu fœmineo cūctā cōplere. Cymon & lisy macus stri
ctis gladiis uiam sibi facientes nemine reluctari audēte: Ra
ptim descendētes scalas emetiūtur: ubi illis obuius fit pasim
mondas: qui hoc tumultuoso strepitu excitatus enormi ba
culo dextram obarmauerat: quē cymon icū in caput libra
to obrūcat: ad cuius pedes corruit moribū dus. Hormisdas
quoq; periclitāti fratri suppetias ferre conatus uulnere Cy

monis intermit: aliiq; nō pauci pempti cecidere: q̄ ausi fue-
rāt manū cominus cōferre. Igit̄ illi relinquētes pasimondæ
domū totā sanguīe redūdātē plāgoribusq; atq; tumultu re-
boantē ad unū incolumes: sine īterpellatoribus ad mare p-
ueniūt. Ibiq; in nauigio raptas puellas collocātes ipsiq; cū
sociis pariter cōscēdētes orā soluūt: & uētis uela cōmittētes
remigūq; opa nauautētes q̄ ocissime abscedūt a littore iam
iā plurimis referto: q̄ auxilia sed ferotina ferebant capticiis
puellis. Ipsi uero in chretā sospites puenere: ubi ab amicis
atq; ppinquis hospitaliter ac comiter excipiūt: ibiq; celebrā-
tes festiuitatē nuptialē uxores ducūt expetitas diutino ex ea
rapina gaudio pfruētes. apud rhodios cypriosq; uarii super
hac re tumultus uariæq; pturbatiōes exortæ. postremo ami-
cis necessariisq; utrobicq; de p̄cātibus effectū ē: ut post tēpo-
rariū exilium Cymon cū iphigenia litymacus cū Cassandra
hic Rhodon ille cypron in suam quisq; patriā remearent:
ubi cum suis foeliciter cōcorditerq; uixerunt.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratiōe Verrinarū

Et uerbū ē Viri præstātissimi & instar puer-
bii apud eruditos celebratū: quod sic ait. Leges
u bonæ ex malis moribus pcreātur. Etenī nisi ui-
tia agminatī erupissent nisi mores mali uelut
herba irrigua ut inqt Plautus uberrime succre-
uissent: pfecto leges supuacaneæ fuissent: quæ ad cohercen-
das cupiditates uitiaq; ex mortalibus tollēda latæ sunt. Et
quēadmodū morbos añ extitisse necesse est: quæ remedia
eorū atq; medicamēta: Ita prius neqtia nata ē & scelus exor-
tū: q̄ leges cōditæ: quæ obuiā irēt neqtiaē sceleriq; flagitio-
sorū: Et quēadmodū medelæ plures ad inūerabiles prope
corporū morbos excogitatae sūt: Ita leges inūeræ ad infini-
tas aīorū improbitates Amputandas fordesq; emaculādas
cōditæ fuerūt. Hic lex pōpeia: quæ parridas una cum cane
gallo gallinatio uipera & simia uiuos in sui culeo: dein ī ma-
re flumē ue deiici iubet: ut quos natura ipsa retinere in offi-
cio nō potuisset: hi magnitudīe p̄cænæ a maleficio sū moue-
rēt. Hinc lex cornelia: qua uenefici ficcariiq; atrocibus p̄cē-
nis puniūt. hinc leges draconis emanarūt asperæ illæ qdē &
truculētæ: sed tñ salubres & uitis tollendis accommodatæ:

quibus poena capitis in omnis fontes erat constituta: etiam si uel tantillum deliquissent. Vnde demades orator dicere solebat draconis leges non atramento: sed sanguine esse conscriptas. Verum ne longum faciam: tot ex malis moribus apud romanos senatus consulta: tot plebiscita: tot edicta praetoria: tot Imperatoria: tot politica: tot sacrae leges, puenerunt. quot singulatim recensere esset infinitum. Ex hac ipsa gliscentium in dies uitiorum labe ut reliqua praeteream: leges non paucae de pecuniis repetundis productae sunt ad moderandasque cupiditates praetorum proconsulum reliquorumque magistratum: qui cum potestate atque imperio ad prouincias gubernandas missitabantur: qui idemdem consueuerunt prouinciales despoliare: pecunias ob iudicandum uel non iudicandum accipere: qui auariciae macipati auroque inhiantes cuncta praedabant nudinato iure nudinatisque sententis. Igitur ut obuia iret huiuscemodi rapinis & spoliationibus leges repetundarum constitutae sunt: quae a luculentis scriptoribus fociales appellantur quonia fociorum prouincialium causis patrocinantur atque amicorum pro. ro. causa patratae sunt. Lucius ille piso frugi cognominatus lege de pecuniis repetundis primus tulit. post pisonem Acylius glabrio inter romanos Inclytus lege tulit alteram de repetundis & eam quidem seuerissimam: quam Acylianam uocitauerunt. mox lex Julia repetundarum est promulgata: Cuius iurisconsulti meminerunt. Praeterea ueteres illi romani: quorum rebus domi forisque gestis ueluti quibusdam stellis latina micat hystoria acculatores esse in ciuitate multos non inutile esse censebant ut hoc uidelicet metu improbitas malorum coherceretur: Mos autem fuit nequaquam improbandus quo iuuenes gloriae laudisque sitietes accusabant magnos quidem uiros: sed flagitiis maculosos. Ita aliquo insigni iudicio incipiebant a suis ciuibus noscitari. & eloquentiam in foro auspicabantur. Sic olim pu. sulphitius norbanum Caius furius marcum aquilium. C. curio quintum metellum accusauerunt. sic unde uigesimo aetatis anno. L. Crassus. C. carbonem: altero & uigesimo asinius pollio catonem: nec multo aetate antecedens Caluus uatinius luculentis orationibus infectati sunt. sic Pu. clodius sergius Catilinam Sic Iulius caesar dictator uno & uigesimo aetatis anno Cor. dolobellam Virum consularem triumphalemque repetundarum postu-

lauerunt. sic & M. Tullius Cicero edilis designatus Iamq;
quaestorius Caium uerrem siciliae praedatorem spoliatoremq;
suscepto siculorum patrocinio in iudiciu uocat uocatumq;
de repetundis accusat non minus diligenter q̄ eloquenter
his orationibus: quae quia in uerrem scriptae sunt uerrinaru
nomine nuncupantur. Ex quibus plane cognoscitur Cice/
ronem non minus ad accusandum q̄ ad defendendum fuis/
se accommodatum. sed cum eloquentia sicuti medicina ma/
gis saluti hominum q̄ exitio reperta sit: maluit Cicero pa/
trocinio suo defendere bonos q̄ ore accusatorio malos in/
sectari: etenim cum accusatoris nomen sordidum sit & dete/
stabile: defensoris uero pulchrum atq; plausibile elaborare
curiose debemus ut defensores patroniq; dici mereamur:
ne odioso accusatoris nomine dedecoremur: quod olim no/
men contigit. M. Bruto illius bruti filio qui iuris ciuilis fuit
peritissimus. Accusandum quidem interdum sed non sem/
per. accusandum rei publicae causa: ut duo luculi fecisse memo/
rantur: accusandum pro patrocinio ut Cicero pro siculis fa/
ctitauit: quorum causa descendit ad accusandu Caium uer/
rem: quem depeculatorem aeararii: uexatorem asiae atq; pan/
philiae praedonem iuris urbani: labem atq; perniciem pro/
uinciae siciliae fuisse dicit. Caeterum. Mar. Tullius in reli/
quis orationibus defensor magis futurus q̄ accusator in hac
una causa omnem uim artis accusatoriae totumq; accusato/
ris officium luculenter explicare decreuit: ut bene intelli/
gētes omnem uirtutem oratoriam quaecūq; in criminatio/
nibus reoq; opprimendo constituta est hic expressam cum
admiratione cognoscerent. Cum itaq; de uerre in iudicium
uocato iudicium sententiis damnato nobis dicendum sit.
Nō erit ab re nonnulla in medium hodierno die proferre:
quae yfagogica quasi quaedam hoc est introductoria futura
sint enarrationi Verrinarum: & quaedam explicare de ritu
formulaq; iudiciorum romanoru: quod dum a me fit uos
quaeso diligenter attendite. Dixi.

FINIS.

In calce ludrica hæc amatoria hoc est meras iugas ue/
luti appendiculan quandam appofuerunt impressores. Tu
hoc quoq; qualecunq; est boni consulito.

Osculum Panthiæ

Qualia lasciuo dedit oscula sæpe tonanti
Dardanius phrygia raptus ab arce puer.
Qualia formosæ Veneri dilectus adonis:
Qualia pastori Tyndaris iliaco:
Qualia Tænarides tribuit puer oscula phœbo.
Amphytrioniadæ qualia pulcher hylas.
Qualia purpureæ quæ conspicit omnia lunæ.
Latmius in somnis contulit Endymion.
Talia mille dedit roseis mihi basia labris
Panthia: feruoris prima fauilla mei
Quantus odor: quantum diuini nectaris illis
Quantus mellis inest: Ambrosiæq; liquor.
Cinama quod spirant: quod olet Cinireia myrrha:
Et quod odoris arabs Coriciumq; Crocum.
Succina quod fragrant manibus tractata: quod omne
Vnguentum: & fracto fusa falerna cado.
Balsama quod spirant: redolent quod florea rura:
Quod Citrum & uiolæ purpureæq; rosæ:
Hoc redolent dominæ dulcissima basia nostræ
Hoc os formosum labraq; purpurea.
O me fœlicem: cui tu pharetrate cupido
Et Cytherea Venus tot tribuisti opes.
Non ego fortunas cresi pythisq; bithini
Expeto: non gazas diuitiasq; Midæ.
Me mea formosis teneat foueatq; lacertis.
Panthia: rex regum tunc ego summus ero.
Me iuuat: ut dominæ placeam: tolerare labores
Erumnasq; graues: Imperiumq; ferox.
Me iuuat æstiuas sub Cancro ducere luces.
Egoceriq; niues ire ad hyperboreas.
Obsequar ut dominæ: durum nil ferre recuso
Si iubeat stygias nunc aditurus aquas.
Tantum forma ualet. Tanti est spectata uenustas:
Et decor: & facies: & lepor atq; sales:

Si redeant ueteres facundo pectore uates:
Ilysiu uacuet si pia turba nemus:
Si Maro nunc repetat superos: & culta tibulli
Musa & Nasonis: pieriusq; chorus:
Nemo fatis queat eximiam laudare puellam
Et decus & faciem corporis egregii.
Huic est forma potens: sunt emula lumina stellis
Lumina quæ possent sollicitare deos.
Procerum corpus dominæ est: teretesq; lacerti
Est formosa manus: articuliq; leues.
Pes paruus: fuluæq; comæ facundaq; lingua:
Sunt modici risus: atticus estq; lepos.
Hæc candore niues uincit superatq; rosarum
Fulgorem in toto corpore nulla nota est.
Quicquid agit: siue incedit: siue accubat: aut stat:
Aut sedet: exornat subsequiturq; decor.
Tota decens: urbana: sagax: est tota uenusta
Totaq; natiuo pulchra colore placet.
Non cerufatis incedit candida buccis
Nec fucata genas atq; supercilia.
Esopa non spirat: pharii nec stercora piscis.
Non creta: aut asinæ corpora lacte fouet.
Non oculos stibio linit: aut fuligine pingit.
Ah pereant quibus hæc cura decoris inest.
Quid iuuat externo formam corrumpere luxu?
Atq; peregrinis cultibus inficere?
Nonne deus uobis faciem dedit: heu scelus: illam
Polluitis fucis: & leditis artificem.
Iuppiter hinc in uos iaculatur fulmina: mittit
Excidium pestes: scæmineumq; malum.
Nostra uenus uiuo prodit formosa colore.
Natiuisq; placet dotibus atq; bonis.
Quantum inter flores amaranthi & lilia fulgent:
Et uiolæ & loti: coccinæq; rosæ.
Quantum inter stellas collucet luna minores:
Cynthia te quantum cynthius exuperat:
Tantum inter pulchras radiat formosa puellas
Panthia: purpureis emula sideribus.

Cedat peligni celebrata coriua poetæ.
Cynthia cum Nemese culte tibulle tua.
Lesbiaq; affurgat dominæ: Ticideq; perilla.
Et tu iam gallo dicta lycori tuo.
Diffimulet faciem lais ephyreia: cuius
Traxerat attonitos forma superba uiros.
Forma Menandreæ fuerat nec thaidos olim
Tanta: nec est phyrnes tam decor egregius.
Sordida Penelope. turpis uirginia. turpis
Est collata tibi Panthia Sulpitia.
Cedat Darei coniunx. cornelia magni.
Hippodame & comptis Laodomia comis.
Cedat & abradate consors tibi Panthia: cuius
Ipsa geris nomen nomine fictio:
Si parishanc phrygius phrygia spectasset ab Ida
Non peteret portus Tyndari pulchra tuos.
Iuppiter hanc uideat: subito descendet olympo.
Fiet olor: Satyrus: Taurus & Amphitrion.
Dia Camilla minor: minor est Lucretia: & omnes
Italides matres: Cecropiæq; nurus.
Stratonice Anthiochi dispar: Popeia Neronis:
Lamia Demetri. candida Thargelia.
Cedite iam diuæ Tritonia. Iuno. Dione.
Quas Paris ideis uiderat ante iugis.
Quid maiora loquor: te Penthesilea probabit
Et colet: heu nomen dulcius Ambrosia.
Panthia formosis formosior heroinis
Digna soror phœbo coniuge digna Ioue est.
Digna quidem cælo facies. iamq; incipit esse
Cognita & eois cognita & hesperiis.
Hanc ego uiuentem uiuus: defunctus amabo
Hanc quoq; defunctam. ficiubet alma Venus.
O decus o facies o cypride digna parente
O & germanis digna cupidinibus:
Panthia dii tibi dent tercentum Nestoris annos.
Sæcula Titoni perpetuumq; decus.
Oscula fœlicem dudum & fecere beatum
Me tua: si dederis cætera: diuus ero.

Interea ardentem quaeso miserare Philippum:
Sit tibi cura mei: me cape mancipium:
Philippi Beroaldi fortuna ad Minū rosciū fenatorē.
E mo diu rebus confidet Mine secundis
Nemo diu speret prosperiora dari.
n Omnia uertuntur: nec regum regna ducuntque
Stare queunt: sceleri fors trahit ista rota.
Sicut terra uices mutat rerumque colores:
Atque annus uaria tempora lege rapit.
Ut neque pura dies omnis: neque lucidus aer
Semper: & aetatem nubila pellit hyems:
Sicut sudificus boreas fulgentis honorem
Despoliat floris arboreumque decus:
Sic homines fortuna rotat: quodcumque benigna
Larga manu dederat: mox inimica rapit.
Caeca: uaga: inconstans: incerta: uolubilis: illex:
Comis: blanda: potens: trux: uiolenta: rapax:
Haec dea non stabilis: uaria est & lubrica: & omni
Mobilior uento mobiliorque polo:
Hanc pedibus prisca uates finxere carentem
Inque pila stantem pennigeramque deam.
Hos ut mater alit: illos ut saeva nouerca
Exagitat: fouet hos: his inimica nocet.
Hunc amat: ex imoque ad celsa cacumina ducit
In folioque locat conspicuumque facit.
A sit alium rapit in praecipit: qui diuite gaza
Qui regno fuerat fultus & imperio.
Improba quanta potes: proh quanta potentia regni
Est fortuna tui: quantaque mobilitas.
Quam sit diua tuum numen uenerabile magni
Aeneadae ostentant Romulidaeque patres.
Qui te tam multis olim coluere facellis:
Quam non multa suo templa dedere Ioui.
Maxima barbatam fortunam Roma colebat
Quod dat barbatis gaudia quodque fauet.
Tullius extruxit fortunae templa pusillae
Quod paruus magnum uenit in imperium.
Et uiscata dea est: homines quia prendit & arctat

Auceps ut uisco prendere tentat aues.
Est fortuna mala: est conuertens: est bene sperans:
Fortis habet nomen. Mascula culta dea est.
Ut tua multi iuga est uaria & numerosa potestas
Sic sunt multa tibi nomina facta deæ:
Tu fors atq; Tyche modo tu fortuna uocaris
Te modo naturam: cælicolamq; uocant.
Quidam te Nemesim memorant: Rhammusia multis
Diceris: aut aliis Nortia dicta dea es.
Omnibus ipsa locis cunctorum uocibus una
Carperis: & coleris prout mala uel bona das.
Ipsa gubernaculum gestas: quia cuncta gubernas
Et quia tradis opes: copia iuncta tibi est
Omnes connexi tecum sumus: & tua uincla
Perpetimur cuncti: seruitiumq; ferox.
Astricta nunc hos nunc hos leuiore catena
Sæua ligas: fœlix qui iuga laxa subit.
Fœlix fortunæ quisquis memoratur alumnus
In cuius gremio mollia membra fouet.
At tu cui paulum arrisit dea cæca: caueo
Ne det fucosas subdola blanditias.
Piscator ueluti blanditur piscibus hamo
Effunditq; cibos insidiasq; parat
Sic fortuna tibi comis blanditur: in altum
Tolleris: ut lapsu mox grauiore ruas.
Exemplo tibi sint troiana & persica regna
Argolici reges: romuleiq; duces.
Rex Priamus Phrygiæ populis sceproq; superbus
Qui tenuit magnas luxuriosus opes:
Occubat infœlix ferro obtruncatur ad aras
Numinis hercei uictima fitq; Iouis.
Dareum persas: & persica regna tenentem
Qui fuerat regum maximus: atq; ducum
Vincit pelleus ductor: bestusq; trucidat:
Fortuna ex alto præcipitat folio.
Ponticus epoto rex claudere fata ueneno
Conatur: nati pharnacis arma tremens.
Magna fuit quondam: diuesq; opulencia Cresi:

At seruus Cyri mancipiumq; fuit.
Olim Romani libycum timuere Iugurtam.
Captiuus decorat pulchra trophea mari.
Diripiuntur opes Numidæ regnumq; Syphacis.
Sceptraferasq; manus arcta cathena ligat.
Quid gemini Attidæ? quorum alter coniugis arma.
Sustinet in scelix: alter adulterium.
Quid magnus? quo nil romana potentia maius
Vidit: qui toto uictor in orbe fuit:
Vincitur a focero: fugit ad Nilotica regna.
Septimius phario dirimit ense caput:
Olim cecropiis decorata est hellas athenis:
Græcia nunc omnis cecropidæq; iacent.
Oedipodionia tenuerunt culmina thebæ.
At nunc thebarum gloria nulla uiget:
Troia fuit pollens phrygiis celeberrima regnis
Nunc troia in cineres uersa sepulta latet.
Alta semiramio fabricata bitumine quondam
Mœnia: Subuersa nunc babylone iacent.
Quid plura enumerem? quondam decus & caput orbis.
Roma peregrino est subdita pontifici.
Cuncta fluunt: res nulla diu durare maligna
Sorte potest: celerem quæ rotat usq; rotam.
Ac ueluti lunæ facies modo conficit orbem
Et modo deficiens nocte tacente filet.
Et modo clara micat pernox: modo nulla fenescens
Cernitur: & nunq; quo prius orbe nitet:
Sic fortuna facit: nunc pura & lucida fulget
Nunc obscura latet nec manet una diu.
Hæc iuuenum dulces dirumpere tentat amores
Atq; uoluptati miscet amariciem.
Olim ego florebam scelix in amore beatus
Fortunatus eram: nulla erat atra dies.
Me mea laudabat solum: solumq; fouebat
Panthia: Sola mihi Panthia chara fuit:
Soli charus eram: Soli mihi sola placebat
Panthia: & amborum mutuus ardor erat.
Inuidet heu fortuna mihi: miserumq; flagellat:

De folioq; trahit præcipitemq; rotat.
Hæc facit ut domina ardentem restinguat amorem
Nec uelit esse suum: qui suus ignis erat.
Ignis eram dominæ dulcis: dominaq; fruebar.
Hei mihi nunc domina cogor abire mea
Hei mihi nunc spernor: miserumq; excludit amantem
Et refugit nostras Panthia dura preces.
Sors fera cur durum torristi fulmen? amanti
Cur mihi diua noces? cur mihi nuper obes?
Non ego te lesi: non te fortuna fefelli:
Impia nec lingua est inficiata deam.
Malo ego tartareum uiuus penetrare barathrum
Alectoq; trucem Thisiphonemq; pati:
Panthia q̄ mihi sit contraria: q̄ sua uertat
Corda dolens: nec me plus uelit esse suum.
Possum ego maiorum contemnere magna deorum
Numina: supremum ludificare iouem:
Brachia dum nostro supponat eburnea collo
Meq; suum foueat Panthia mancipium.
Hei mihi mutata es cur Panthia? Iam mihi uita
Inuisa est: nec lux nec iuuat ulla quies.
Viuere non possum sine te mea Panthia: tu nunc
Elige: me ne uelis uiuere me ne mori.
Sydera cælicolas testor summumq; tonantem
Crimine me nullo contemerasse fidem.
Si nunc excludor si nunc exterminor: omnes
Iuro deos posthac Panthia solus ero.
Me sub amore tuo consumet longa senectus:
Tu mihi primus amor: tu mihi finis eris.
Non ego mutari possum: seu Nestoris æuum
Siue ego cum ææ sæcula uatis agam.
At tu qui nostri decus es splendorq; senatus
Fortunæ foelix ingeniiq; bonis:
Quiq; es doctorum doctus uerusq; patronus
Quem decorat phœbus pieridesq; fouent:
Mine lacescentem discas tolerare puellam
Et perferre minas seruitiumq; ferum.
Imperium mitis perfer durasq; catenas.

Sic iubet alma uenus: sic pharetratus amor.
Panthia me docuit cunctos deponere fastus
Atq; humilem duro subdere colla iugo:
Nunc humilis nunc demissis ceruicibus ibo
Nunc dominæ leges iussaq; magna sequar.
Sed tu quid sentis qui calles cuncta quid oro
Mine mones? mihi da quod peto consilium.

Philippi Beroaldi Diræ in Maledicam

St quædã deformis anus: maculosaq; lingua
Garrula: latratrix: perfidiosa: procax:
e Liuida: detratrix: mordax: quæ dête canino
Ore q; uipereo nigra uenena uomit.
Inficit os liuor: sordent rubigine dentes:
Sunt oculi torui: cordaq; felle uirent.

Nomen habet lenæ: quod sic est moribus aptum

Vt sunt apta fero bellica tela deo.

Hanc fugiunt omnes: pauet hanc uicinia tota:

Vt pauet aspectum cominus agna lupum.

Hæc facere inuisos genitori perfida natos

Hæc fratres posset dissociare pios.

Hæc si fœcundum concusserit improba pectus

Fuderit & uirus uipera lethiferum:

Nulla fides nec pax: nulla est concordia: nec ius:

Nullus amor ueteres inter amicicias:

Oderit æaciden patroclus: castora pollux

Ogydiden Tydeus: Thesea Pirithous:

Nec phitiam Damon: piladem nec amabit orestes

Nec siculi fratres pectora fida gerent:

Fraudum mille modos artes quoq; mille nocendi

Hæc habet: & linguam uibrat in excidium:

Sibilat & nostros tentat disrumpere amores:

Vt quæ dicta mea est non uelit esse mea.

Vellicat hæc: surtimq; odii gliscentia spargit

Semina: flagrantem atq; inimicicias.

An tu de nobis audes maledicere: tu ne

Vipera connexos dissociare duos?

Garrula tu ne seris uirus: linguamq; procacem

Exeris: & pacem rumpere sæua paras?

Nulla fuit nec erit tam magna potentia linguae
Ut sit amatori Panthia dura suo.
Malo inimicicias diuum summiq; tonantis
Quam mihi sit dominae mens inimica meae.
Quae mihi diuitiis: uita iucundior ipsa
Charior est geminis quae mihi luminibus.
Nullus amor tantus: nullus sic tela medullis
Flagrantesq; faces sensit & incaluit.
Non sic Priamides helenem dilexit: amicam
Meoniam non sic Amphitrioniades
Non sic Tindaridae geminas leucippidas ambo.
Nec uenerem maioris belliger aetheream.
Non Daphne Phebus: Cidippen Acontius ardet:
Non tanto Semeles aestuat igne tonans.
Misce & cunctorum quot quot narrantur amores:
Aut par aut maior noster is ardor erit
Panthia si mihi sit contraria: perditte quae so
Me superi: & feriar fulmine fatifero.
Te sine nulla quies: nulla est mihi uita beata
Panthia: nec uinum nec cibus ipse iuuat.
Iuppiter omnipotens flagranti percute telo
Vipeream linguam sacrilegumq; caput.
Hoc ego summe pater: petit hoc uicina tota
Hoc pulchra ante alias Panthia nostra rogat.
Thure uaporabo fanum: caedamq; bidentes
Ornaboq; tuas fronde uirente fores.
Quin ego tunc mecumq; simul mea Panthia uoti
Ambo rei dabimus carmen & exta ioui.
Quid tibi lena precer pro talibus improba dictis
Et pro funestis improba criminibus?
Terra neget uictum: tibi deneget unda liquorem:
Aethere nec possis sideribusq; frui.
Infestus tibi sit uulcanus: noxius aer:
Offendant oculos lunaq; solq; tuos.
Dii faxint subito percussa ut sydere lingua
Nec mussare uelit nec blaterare queat:
Dira fames & dira sitis tua uiscera uexent:
Nullaq; sit uini copia nulla cibi.

Sæpe roges mortem: nec mors tibi sæpe rogata
Adsit: sintq; tibi sæcula Nestorea.
Marceisq; situ putri: cariosaq; membra
Curuentur: nec nox nec iuuet ulla dies
Sis quoq; pallidior buxo: uillosior ursa:
Nigrior & moris: aridiorq; scobe.
Ut caret œdipodes oculis & lucis honore
Tu quoq; sic careas uipera luminibus.
Nec tibi recta magis sunt crura: pedesq; decori
Quã sunt mulciberis tardipedisq; dei.
Guttur ut erigones astricto fune pependit
Sic tua per laqueos colla nephanda crepent:
Ut niobe in saxum: ut biblis uertaris inundas.
Par facies ursæ sit tua parrhasiæ
Ut mirrha est cortex utq; est phætonias arbor
Arboreas frondes sic tua membra ferant.
Olim ut nyctimenæ facta est nocturna uolucris
Obscura sic tu noctua nocte uoles.
Ut sensit phœbi lethalia tela coronis
Sic te configant spicula lethifera.
Te premat omne genus morborum: & feruida pestis
Exurat corpus dilanietq; cutem:
Calculus & uomicæ putres: turpesq; podagræ
Et chiragra & lateris cardiaciq; dolor.
Præterea omne genus tormenti: omnesq; dolores
Te miseram excrucient conficiantq; truces.
O utinam uiuens cunctos patiare dolores
Quos omnis passa est fœmina quosq; feret.
Post obitum tibi sit tormentum uulturis atris:
Sisyphiusq; labor tantaleusq; liquor.
Te solam lacerent furia: rumpantq; flagella
Et lassent crebris brachia uerberibus.
Sola luas pœnas: umbræ manesq; quiescant
Excipe cunctorum uipera supplicium.
Quantum cerua pauet fuluum trepidatq; leonem:
Accipitrem quantum blanda columba timet:
Quantum aquilã cygnus. congrum murena: camelum
Odit equus: uitem brasica: capra lupum.

Quanta inter mures atq; est discordia foëles
Quantum mus uolucris diffidet ardeola.
Tanta mihi tecum est discordia uipera: tantum
Est odium atq; truces sunt inimicitia:
Donec pugnabunt calidis frigentia: siccis
Humida: cum duris mollia: & ignis aquis.
Donec erit stabilis tellus: & mobilis unda
Errabitq; polo Cinthia Stellifero.
Dum uelox Tigris: segnis testudo: Salaces
Eruca: pontus cerulus: albus olor:
Dum lepus hirsutus: fuluus leo: lubricus anguis:
Curui delphines: Asper echinus erit.
Tecum bella geram: & certamina dira nec iras
Finiet interitus nec mihi longa dies.
Post obitum manes pugnabit manibus: umbram
Impetet umbra minax conficietq; tuam.
Sic nunq; uiua & nunq; defuncta quiesces.
Viuus ero infensus: mortuus asper ero.
Dii iustas audite preces: rata uota precantis
Efficite: hanc meritis plectite suppliciis:
Eueniet: mihi signa deus dat certa: ualeto
Vipera: iam diras experiare meas.
Cumq; tuum steterit fossa tellure cadauer:
Id lacerent uolucres: diripiantq; ferae.
Intestina canes: omentum & uiscera corui
Discerpant: rapidae caetera membra lupae:
Cumq; minutatim fueris concisa: locutrix
Vulturis in primis sit tua lingua cibus.

Philippi Beroaldi Cupido

Onscia curarum & fidi internuncia cordis

Quae dominae longa iuncta es amicicia:

c Daphne de nobis loquitur quid Pãthia tecum?

Deq; suoq; sentit dic rogo mancipio?

Est ne oblita mei? nulloq; accenditur aestu?

Mutuus an pulchro pectore uiuit amor?

O utinam uiuat. pariliq; calore calescas

Panthia sitq; tuis ossibus ignis edax.

Quantum aetnei ignes: uesuuina incendia quantum

Et lipareus ager flagrat & æolius.
Tantum nostra tuo flagrant præcordia amore:
Ardet mens: animus totus: & ingenium.
Nunc scio quid scit amor: nunc arcus tela sagittas
Sentio: flagrantes experiorq; faces.
Nunc te cælestis: nunc te plebeie Cupido
Noscimus: & quantum pollet uterq; deus.
Dogmata diuini memorant si uera Platonis
Sunt geminæ ueneres est geminatus amor.
Cælestis uenus est nulla generata parente.
Quæ casto sanctos nectit amore uiros.
Huic comes est magnus deus Ambrosiusq; cupido:
Quem docti norunt Egregiiq; mares.
Altera sed Venus est totum uulgata per orbem
Quæ diuum mentes alligat atq; hominum:
Improba: seductrix: petulans: lasciuia: proterua:
Blandiloqua: Illudens: Imperiosa procax.
Hæc & ceston habet: qui nodus discolor omnes
Blanditias gestat: pharmaca: nequitias.
Hanc comitatur amor: facibus qui pe ctora sæuis
Vrit: & infernis imperat & superis.
Subdolus impostor mendax truculentus & asper
Blanditiis pollens fraudibus atq; doliis.
Hic domitat pecudes pisces insecta ferasq;
Monticulas faunos siluiculasq; deos.
Hic mortale genus pharetra succinctus & arcu
Et face debellat cælicola:q; deos.
Pocula dat dulci circumlita melle: sed intus
Fœl gerit: & largam fundit amariciem:
Principio iuuat & mentes demulcet amantum
Mox ferus exagitat despoliatq; rapax.
Diuitias lacerat. cum damno dedecus affert
Emollit mentes ludificatq; ferox.
Distrahit exanimat cruciat uersatq; rotatq;
Carnificisq; truci fungitur officio.
Improbe amor quantis mortalia corda fatigas
Curis: & quantis sæue cupidinibus.
Perfide quot iuuenes iugulasti quotq; puellas:
Quot tua præcipitant spicula & insidiæ.

Testis Abydenus iuuenis: tibi quem rapit orcus
 Hælespontiacho Sexta puella mari
 Testis priamides: qui dum Spartana petebat
 Conubia: euertit seq̃ suumq̃ genus.
 Testis Tarquinius: cui dat Lucretia raptos
 Per uim concubitus: imperiumq̃ rapit.
 Iphis anaxaretem dum non tolerare superbam
 Sustinet: infœlix a trabe pendet onus.
 Non pudet Alcidem gestare monilia collo
 Lidiaq̃ ingenti ducere pensa manu.
 Vertitur in fontem biblis phœbeia: Cauni
 Dum petit amplexus fratris: & ille fugit.
 Myrrha quoq̃ infando correpta cupidine staten
 Sudat odoratam: delitiasq̃ parit.
 Lesbia quin etiam percussa cupidinis œstro
 Sappho de celsa leucade membra dedit.
 Cælicolis risus Mars & Cytherea fuerunt:
 Mulciberis uincti rhetibus atq̃ dolis.
 Quid memorem erumnas hominum: cladesq̃ deorum
 Quos tua percussit dire cupido manus:
 Ipse panõphaeus quotiens fit fabula turpis
 Iuppiter: & folio labitur ætherio
 Ut tua sectetur dictata: nec ire recusat
 Subiuga & imperium ferre cupidineum.
 Taurus in europa est: Satyrus Nycteide: Cycnus
 In leda: Alcmenen comprimit Amphitrion.
 Ergo ego cum uideam superos: ipsumq̃ tonantem
 Ire sub imperium: seruitiumq̃ pati:
 Non gemo non doleo: de me pharetrate cupido
 Si figis castris lauta trophea tuis.
 Cuncta feram patiarq̃ libens: iam signa tubasq̃
 Incipioq̃ artes nosse cupidineas.
 Omnia iam noui: docuit strategemata & astus
 Sæuus amor: non sum tyro sed emeritus.
 Melachrymæ: & longi doctum fecere labores
 Perpetua anxietas Excubiæq̃ graues.
 Panthia me docuit qui sint in amore dolores
 Affectus curæ: gaudia: damna doli:

Nunc scio quas leges: quæ iura: aut dogmata sæuis
Iussit amor. scripsi singula & edidici.
Quæ spes: qui ue timor: quod bellum: foedera: quæ pax:
Induciæ fiant atq; inimiciæ:
Nunc scio quanta gerat secum mens prælia amantum:
Quantaq; mobilitas diffidiumq; premat.
Hoc uelit: hoc nolit: cupiat quod spreuerat ante:
Fluctuet: ut glauci fluctuat unda sali.
Ut mens in foelix alieno in corpore uiuat.
Utq; animus dominæ migret in hospitium.
Nunc scio q̄ largi sunt fletus: utq; medullis
Ossibus & uenis feruida flamma latet.
Ut sine febre dolet: sine morbo languet amator
Ut somni uigiles: irrequieta quies
Ut rubet ut pallet subito: mutatq; colores
Siue pudor uexet pectora: siue timor.
Nunc scio ut infractæ uoces: mutilataq; uerba:
Ut coram domina cor salit atq; tremit.
Ut q̄ longa graui suspiria corde trahuntur
Ut modicus risus: multus amaror inest.
Ut gaudet læta: plorat plorante puella
Induit & uultus uultibus alterius.
Nunc scio ut in foelix dominæ uestigia quærit
Et reperisse timet: mobilitate leuis:
Genua labant: quotiens fastosæ limen amicæ
Transit: & in toto corpore membra tremunt.
Nunc scio quantus amor supra caput instet amantum:
Atq; omnem sophiam consiliumq; fuget:
Condita q̄ paruo sint larga absinthia melle
Lurida uel quantum pocula fellis habent.
Malo ego lerneæ immedicabile uirus echidnæ
Oraq; Auernalis terna subire canis:
Cum libyco nudas monstro exercere palestras
Erumnasq; graues herculeasq; pati:
Quam colluctari tecum pharetrate cupido
Et perferre tuas imperiose faces.
Nunq̄ liber erit: nunq̄ mihi crede beatus
Aut probus: aut prudens quisquis amator erit.
Vita erummosa est: mors est infans amantum.

Ofœlix quisquis talia non pateris.
Ofœlix Veneri medium qui porrigis unguem
Et rides arcus Spicula tela faces.
Ast ego: quem sic dii uoluerunt uiuere: uiuam
Emoriarq; tuum Panthia Mancipium.

Philippus Beroaldus Reuerendo domino Iacobo
antiquario Ducali secretario Sal.

f Vperrime cū feriatuſ eēſm Vir p̄ſtātīſſime pe/
riclitaturuſ īgeniū cōuertī in latinū ſermonē
ex uernacula līgua cāticū Frāciſci Petrarchæ re/
ligioſū: qđ tibi hoī religioſiſſimo potiſſimū di/
caui. nā q̄ bona fide deoſ colit: amat & ſacerdo/
teſ: & q̄ religionē pie uenerat: religioſoſ demereri cōcupi/
ſcit. Præterea cui cōmodiuſ q̄ tibi carmē myſticū dicari de/
buit? q̄ Myſteſ eſ: & myſticis cerimoniis iniciat⁹. Accipe er/
go uiroꝝ optime opuſculū de alieno reformatū: de alieno
nīm: Quod ſi nō eūdē ſaporē ī latino ſermōe cuſtodit: quē
in uernaculo ſeruat: Scito difficiliſimū eē alienaſ lineaſ inſe/
quētē nō alicubi excidere. Quē admodū enī ſemina in alie/
nā terrā trāſſata natura ſe uertēte degenerāt: ita q̄ in ſua lin/
gua bñdicta ſunt: priſtinū nitorē in trāſſatione depdunt. tñ
pro mea mediocritate connixuſ ſum ab interpretiſ officio
non recedere: & ſenſum exprimere de ſenſu. Nam ad uerbū
interpretari: & ſyllabatim ſingula explicare abſurdum eſt.
Quid multa? Tu qui doctiſſimuſ eſ prima inſpectione facil/
lime noſceſ: quantū ab archetypo labar ac decidā. Sed hoc
malui agere q̄ nihil agere: & ne omnino a ſymbolo apud
uoſ eſſem: hoc pro ſymbolo tibi dicatum attuli: quod ut in
partē bonā accipiaſ rogamuſ. Vale uiroꝝ optime: & Phi/
lippū tuū: qui tibi addictuſ eſt: mutuo dilige.

Peaneſ Beatae Virginis ex franciſci Petrarchæ
Poemate Vernaculo in latinum conuerſi.

u Irgo decenſ: quā Sol ueſtit ſtellæq; coronant:
Cuiuſ forma fuit ſummo tam grata tonanti
Ut tua condiderit ſanctam in tra uiſcera lucem:
Nunc me caſtuſ amor: ut de te carmina pangā
Sollicitat: uerum abſq; tuo ſummiq; tonantiſ
Numine deficient tanta ad conamina uireſ.

Nunc te diua uoco: cuius responsa benigna
Accepere omnes fidi Veriq; clientes.
Sors humanarum si te tristissima rerum
Sollicitat uirgo: quaeso mea uerba precesq;
Exaudi: mitiq; meo succurre labori:
Quamq; ego terrigena: & tu sis regina deorum.
O Solers Virgo: cuius solertia fulget
Virgineos inter coetus diuasq; beatas.
Tu clypeus miseris firmus mortalibus una es
Ictus fortunæ contra mortisq; cruentos.
Sub quo tuta quies & spes est certa triumphi.
Te duce mulcetur: qui torrentissimas æstus
Nos coquit insulsos. oclulos o Diua decoros
Qui tristes uidere tui liuentia nati
Pectora: ad instabiles res nostras flecte parumper
Ambiguumq; statum: & rebus tu consule fessis.
O Sine labe nitens poenitus Sinceraq; Virgo
Atq; tui nati soboles genitrixq; decori
Que das terrestri lucem uitæ atq; supernæ.
Per te diua potens & cæli clara fenestra
Venit ab Aethero nos ut seruaret olympos
Filius æternus tuus æterniq; parentis.
Tu sola ex omni numero turbaq; piarum
Deligeris: luctus eua quæ in gaudia uertas.
Efficere namq; potes: ut me tua sancta propago
Comiter excipiat refouens: bis terq; beata
Sydereaq; inter superos præcincta corona:
O dea sancta pio diuorum plena fauore
Eximia cælum quæ mansuetudine scandis
Vnde meas audis uoces regina precesq;.
Tu fontem sacrae generas pietatis: & uia
Iusticiæ solem: qui sordida secula purgat:
Pollutumq; suis lustrat fulgoribus orbem.
Nomina conueniunt unum tria: namq; tonantis
Tu genitrix tu nata simul tu sponsa fuisti:
Tu consors regis diuumq; hominumq; parentis
Qui pedicis mortale genus laqueisq; resoluit:
Qui libertatem cunctis dedit: atq; beatas
Effecit terras: cuius per uulnera sancta

Cor nostrum quæso exatures o diua beata.
 Ouirgo cui par nulla est: & nulla secunda
 Exemploq; cares cuius forma atq; uenustas
 Cælicolis cæloq; placet summoq; tonanti:
 Ingenui mores dulcisq; modestia: & illa
 In te sancta fides sacrata & uiua fuerunt
 Templadeo uero: & tua: quod mirabile dictu:
 Virginitas foecunda fuit: præstare beatam
 Iucundamq; potes nostram & sine turbine uitam.
 Si precibus diuina tuis nunc gratia prompta est:
 Ad te confugio supplex: & supplice corde
 Sis mihi præsidium quæso: uitamq; labantem
 Dirigito ad cursum rectum metamq; bonorum.
 Virgo serenata & stabilis per secula longa
 Mite procellosi sydus maris: optima fidi
 Remigis adiutrix. circumspice Turbine quanto
 Exagiter solus quanto sine remige Cimba
 Nostra labet fluctu: nec abest mors ultima rerum.
 Aegra: nec inficior: mea mens ad sancta recurrit
 Numina: teq; precor ne nostris improbus olim
 Gaudeat erumnis hostis tuus atq; periclis
 Sis rogo Diua memor:q; crimina nostra tonanti
 Induere humanam mortali corpore formam
 Suaferunt intra tua sacratissima claustra.
 Quot lachrymas: quot blanditias o diua precesq;
 Effudi in pœnas atq; in dispendia frustra.
 Ex quo per ripas tuicæ reptauimus Arni
 Tempore: uita fuit nostra erummosa grauisq;
 Orbis dum partes istas illasq; pererro.
 Fœmineum decus & mores mellitaq; uerba
 Turbarunt mentem: quare dea sancta potensq;
 Tolle moras: suprema dies iam currit & instat.
 Nostra ætas euro uelocior atq; sagitta
 Transiit erumnas inter sordesq; malorum:
 A tergoq; premit tacito mors improba passu.
 Nunc defuncta iacet: quæ donec uita manebat:
 Nostra per horrendum uexant pectora luctum.
 Nec de mille meis curis rescuerat unam.

Et si rescisset: tamen hæc immota manebant.
Fata mihi: quoniam dominæ quæcunq; uoluntas
Altera: dira mihi: ast ipsi probrosa fuisset.
Sed tu diua hominum: si fas est dicere: tuq;
Aetherii regina poli: prudentia cuius
Cuncta uidet: cuius uirtuti peruia cuncta:
Tormentis finem metamq; impone dolori:
Quod tibi erit laudi magnæ: & mihi diua saluti.
In te diua salus ipseq; omnis nostra recumbit
Ut uelis utq; queas rebus succurrere lapsis:
Ne me destituas extremo in funere queso:
Non me respicias: sed qui me condidit ipsum:
Non nostras uires sed summi sceptrâ parentis.
Qui te commoueat cures ut uilia rerum.
Me lapidem: de quo distillat inutilis humor
Errores nostri fecere: atq; ora medusæ.
Tu lachrymis o diua piis languentia corda
Imbue: ut extremi sint hi sine crimine fletus
Terrestriq; luto: qualesq; fuere priores.
O mitis uirgo: cunctisq; infesta superbis
Te communis amor peruellat originis atq;
Deuoti cordis queso miserere mei q;
Quod si mortalem formam si munera fluxa
Diligere ardenter soleo: quid fiet in ista?
Quæ formosa potens: quæ sancta æternaq; diua est.
Per te si nostra de conditione resurgo:
Cenoso miseroq; statu: tibi candida uirgo
Ingenium curasq; dico uersusq; canoros
Et linguam & lachrymas corq; & suspiria mœsta.
Ad meliora uada afflictam iam dirige cimbam
In partemq; bonam mutatas accipe curas:
Iamq; dies o diua uenit suprema: proculq;
Esse nequit: properat cursim sic tempus & anni:
Corq; meum nunc mors: nunc mens sibi conscia uellit:
Nunc me diua tuo commendes inclyta nato
Est qui uerus homo: & uerus deus: hunc rogo supplex
Ut gremio hanc animam teneat foueatq; beato.
Carmen Philippi Beroaldi de die domi
nicæ passionis.

Enit mœsta dies: rediit lachrymabile tempus
Sancta salutiferi celebrantur funera christi.
u Nunc oculi rubeant fletu: nunc pectora plâctu
Liuida sint: crebris singultibus ilia uellat
Quisquis amat christi nomē uel numē adorat
Hæc lugenda dies nigroq; notāda lapillo est:

Gaudia: nequitia: ueneres: conuiuia: lusus:
Scoma: uoluptates: risusq;: iociq;: falesq;
Este procul: ueniant cum sollicitudine fletus
Cura: dolor: gemitus. mœror: suspiria: luctus.
Hæc est atra dies atro signanda colore.
Nunc sint pullati: proceres: pullataq; turba.
Atrati pariter ueniant iuuenesq; senesq;
Omnis uestitu ueletur fœmina fusco.
Mœreat omnis ager montis: siluæ flumina colles
Mœreat omne genus pecudum: genus omne ferarum:
Squamosumq; pecus pisces: pictæq; uolucres:
Aer: uulcanus: tellus: mare: cynthia: titan:
Sidera: cœlicolæ: mundus: sint omnia mœsta.
Hæc est mœsta dies mœroris conscia magni.
Nunc Heracleti lachrymas uultusq; sæueros
Crassi: & Xenocratis faciem frontemq; Catonis:
Squalentemq; decet barbam usurpare reorum.
Nemo uel infectas cocco uel murice uestes
Induat: ostrini nemo tyriiq; coloris
Vestimenta gerat: non fuluo splendeat auro
Torquis: nec digitos oneret carbunculus ardens.
Nec premat articulos adamas uiridisq; smaragdus.
Impexæq; comæ: sit crinibus emula barba.
Non cerusatis incedat fœmina buccis:
Nullaq; pigmentis linat os: aut labra coloret.
Non matrona potens gemmata monilia gestet
Nec segmenta ferant aut lutea flammea sponsæ.
Hæc est illa dies: qua per tormenta labores:
Mille alapas: mille & colaphos: conuicia mille
Mille flagelliferos tortores: uerbera mille
Et recutitorum ludibria iudeorum:
Ille opifex rerum christus: mundi q; capacis
Conditor excellens: & inenarrabilis auctor

In cruce suffixis manibus: pedibusq; pependit
Spine a terra gerens: myrrataq; pocula gustans:
O funesta dies o lamentabile lætum.
O gentis rabies o mens furibunda prophanæ
O scelerata cohors libycis truculentior ursis:
Tigrideq; hircana: siculaq; immanior aula.
Siccine sacrilegas uos iuuit sanguine sancto
Commaculare manus iudei? & dedere morti
Illum: qui uobis uitam lucemq; benignus
Donarat: campos qui lacte & melle fluentes
Imperiumq; potens dederat. sedesq; beatas.
Qui pharium mergens erythreo in gurgite regem
Afferuit uestros in libertate parentes.
O scelus o labes: monstrum portentaq; dira
Asportanda procul: terrasq; agitanda per omnes
Tu ne palestinae soboles nequissima gentis
Audebas tam grande nephas: ut perdere uelles
Qui te seruauit per sæcula plurima christum:
Qui sacras leges diuinaq; dogmata mosi
Tradidit: & scriptas solymorum in monte tabellas:
Ut tu palmiferis sancta in regionibus esses.
Heu quas persoluis grates pro munere tanto
Heu quæ pro meritis tantis ingrata rependis.
Ec quod idumeo reperitur crimine maius:
Crimine: q; nulli possint æquare nepotes
Crimine: quod cunctis sit detestabile sæclis.
Nulla ne uesanum potuit cohibere furorem
Relligio: non cana fides: non inclyta uirtus
Priscorum: non tanta pii miracula christi:
Non tot ueridicis prædicta ora claprophetis
Sacrilegis ualere animos reuocare furentes
Consiliis: tam dira lues præcordia pressit:
O mortale genus uecors: o pectora cæca
O gens infœlix solymorum & cæca futuri
Perdere dum christum affectas: te perfida perdis.
Nam uos dira manent tormenta: & sæua gehennæ
Supplicia: excruciant ignes flammæq; perurunt
Sulphuræ: luitis meritas semperq; luetis
Pœnas pro scelere hoc infando ac talibus ausis.

Sors natos eadem insequitur: seriemq; nepotum
Cunctaq; posteritas huic est obnoxia culpæ.
Et purgare datur nulli commissa parentum:
Quin uos dira coquant mortis tormenta secundæ.
Sic circumcisæ mulctantur crimina gentis:
Sicq; patres: nati: sic qui nascentur ab illis:
Nullus habet stabiles fedes iudeus apella:
Nulli certa domus: nulli sua rura coluntur.
Vtq; procelloso iactatur in æquore cimba:
Quam uelis & remigio ac rectore carentem
Sudificus boreas rapit huc: notus humidus illuc:
Hinc euri uersat rabies: at circius illinc.
Afflictamq; rotant infesto turbine uenti:
Haud aliam degens uitam fugitiuus & erro
Errabunda trahit uestigia: fertur & illinc
Huc redit: & nusq; figit patrimonia uerpus:
Lucifuga: infamis uiciato foedus odore.
Vtq; aquilam cygnus: cornicem noctua: miluum
Coruus: murem elephas: gallum germanicus odit.
Vt congrum murena: lupum cauis: utq; camelum
Odit equus: sic cuncti homines odere nephandam
Progeniem: diræq; cauent commercia gentis.
Ite igitur uesana manus recutitaq; proles
Ite palestini generis mutilata propago
Figite præclarum de seruatore tropheum
Sacrilegas armate manus: lingualq; procaces
Exercete odiis: & christi poscite mortem
Mortem quæ uobis flagrantia tartara pandit.
Mortem quæ nobis patefecit limina cæli.
Quæ mortis uires & formidabile uirus
Insidiatoris fracta ceruice draconis
Extinxit: rupit pedicas: nodosq; resoluit.
O mors tu nobis uitalia lumina præbes:
Nectar & ambrosiæ succos tu sancta propinas:
Perte tartareos manes: immane barathrum
Infernosq; lacus stygios plutonia regna
Effugimus: per te sublimia tecta petuntur.
Panditur elysium per te sedesq; beatæ:
Perte syderei penetramus limen olympi:

Per te parta salus: per te cælestia regna.
Hæc nobis optanda dies uenerandaq; cultu
Præcipuo: niueis hæc est signanda lapillis.
Quare o cultores Christi fideiq; probatæ:
Quos habitu modo squalenti lugere iubebam:
Mutato cultu: pro mœstis sumite lætas:
Pro nigris tyriasq; togas: infectaq; cocco
Pallia: sint gemmæ digitis: ceruicibus aurum.
Pro lachrymis risus: pro planctu gaudia sunt.
Pro mœrore ioci: pro sollicitudine lusus
Hæc celebranda pio semper uenerandaq; cultu
Hæc nobis est festa dies: qua sanguine fuso
Christus tormentis & funere functus acerbo
Faucibus eripuit sathanæ æternisq; gehennæ
Suppliciis mortale genus ac morte secunda.
Christe patris summi non enarrabile uerbum
Christe dei uirtus. sapientia summa parentis
Aeternæ æterno mundum cum patre gubernans
Christe potens rerum Maria de uirgine nate
Quæ genitrix sine patre fuit: sinceraq; uirgo
Sola salutiferam peperit sine coniuge prolem:
Omnipotens te Christe precor miserere Philippi
Si puro te corde colo: si numen adoro
Christe tuum: legesq; tuas: si dogmata sector
Christe tua: & trinum ueneror te nomine & unum.
Da ueniam erranti: parcas peccasse fatenti.
Succurrasq; meis Rex clæmentissime rebus:
Ut uiuam fœlix & mente & corpore sanus
Aeterniq; fruam post mortem luminis aura.
Christe piam matrem fratres charosq; propinquos
Et mihi iucundos per tempora longa sodales
Custodire uelis: quæso o Rex maxime regum.
Hoc precor in primis: hæc sint rata uota precantis:
Bentiuolum pylia nobis ætate parentem
Bentiuolamq; domum serues: ut prospera fœlix
Eloreat: utq; diu patriæ moderetur habenas:
Fortunata bonis cunctis: & perfide gaza.
Auxiliumq; feras miseris mortalibus. Amen.
Ad Magnificum Anibalem Bentiuolum Philippi

Beroaldi carmen.

Decus eximium & gentis generosa propago
Bentiuolæ: o patriæ dulcis alumne tuæ
o Hunc cape tranquillo uultu facieq; libellum
Annibal: & nugas perlege quæso meas.
Fabula Tâcredi mœsta est: Boccatius auctor.
Hanc nos romano uertimus eloquio.

Hanc tu uulgato lege tu sermone latino:
Atq; animum alterna cognitione foue.
Illa suo candore placet. sed nostra placebit
Si fuerit genio grata camœna tuo.
Sunt hæc parua quidem fateor: sed magna subinde
Esse solent paruis deteriora bonis.
Hoc adamas gemmæq; docent: quæ corpore paruo
Oblectant reges: diuitibusq; placent.
Nos contra horremus magnos per sæpe gigantes.
Terremur magnis sæpe uoluminibus.
Quod si non sordent iste c leuiora: dabuntur
Mox maiora: uale spesq; decusq; meum.
Fabula Tancredi ex boccatio in latinum uerso a
Philippo Beroaldo.

Ancredus placida princeps ditione salernum
Et paruum tenuit sceptriger imperium.
t Huius erat mite ingenium moresq; benigni.
Huic tranquilla quies lætaq; uita fuit.
Vixerat hic nimum foelix: nisi sanguine amatū
Optasset senior commaculare manus.

Filius huic nullus fuerat prolesq; uirilis:
Cui moriens pulchrum traderet imperium.
Sed fortunatus nimum foret atq; beatus
Si foret in magna filia nulla domo.
Sola fuit forma excellens & nubilis æuo
Filia corporeis conspicienda bonis.
Gismondæ nomen natæ dixere parentes:
Quæ poterat dici Cynthia siue uenus.
Cuius erat facies priscis æquanda deabus:
Cuius erat candor lacteus atq; color:
Diligit hanc genitor solam: solamq; requirit.
Hanc fouet: hanc uitam deliciasq; uocat.

Multi illam antiqua dauni de gente petebant.
Lucaniquē petunt oenotriūq; proci.
Sed pater in longum cupidos producit amantes:
Et nectit uarias callidus usq; moras.
Tandem campanus multis de milibus unus
Deligitur ductor sponsus: & ille placet.
Gaudia concelebrant. lectus genialis in aula
Sternitur: hic Iuno est promuba: suntq; faces.
Hic hymenea canunt: sed enim iam facta recusant
Connubium hoc foelix perpetuumq; fore.
Occubat ante diem properata morte maritus:
Et deploratas deserit ecce domos.
Exequias postq; coniux & iusta peregit
Coniugis ad patrias mœsta remigrat opes
Iam pertesa uiri: thalamumq; perosa iugalem
Destinat in uiduo uiuere sola thoro:
Hoc probat ipse parens. natamq; in cœlibe lecto
Esse cupit sine qua uiuere triste putat:
Forte fuit iuuenis regali pulcher in aula
Moribus ingenuis & probitate decens.
Is dominum solus curabat iussaq; obibat
Principis egregia dexteritate potens.
Hunc Gismunda sibi multis ex milibus unum
Deligit: huic soli sola placere cupit.
Deperit hunc furtim: limisq; aspectat ocellis:
Hunc optat tenero posse fouere sinu.
At iuuenis cui nomen erat Guiscardus acuto
Ingenio solers consilioq; uaser
Cognouit flammās: & se præsensit amari.
Nec minus occultis ignibus ipse calet.
Aestuat & teneras est mollis flamma medullas:
Ut feruens stipulas urere flamma solet.
Hanc spectans pulchraq; oculos in uirgine figens
Diuitias cressi despicit atq; midæ.
Gismundam cupit: hanc solam noctesq; diesq;
Flagitat: hoc solum nomen in ore sonat.
Foelices parili quibus alma calescere flamma
Dat uenus: & quorum mutuus extat amor.
Ambo cupidineas pariter sensere sagittas:

Ambo complexus colloquiūq; uolunt.
Quid faciat Gismunda? patris custodia magni
Hinc premit: hinc cohibet dedecus atq; pudor.
Quid non sentit amor: fallacem excogitat artem
Fœmina & archanas conficit ipsa notas.
Littera dissecta celatur arundine furtim:
Quam dat amatori pulchra puella suo.
Callidus hanc cannam temere nō credit amator
Esse datam: inuentas inspicit ille notas.
Gaudet amans laudatq; uiam: quam fœmina monstrat:
Polliciti expectans gaudia concubitus.
Scripta docent furtiuus amor coniungere amantes
Quo possit cupidos tempore quoque loco.
Stat uetus & densis uestitur sentibus antrum:
Aulæ contiguum principis atq; domu
Desuper exigua patefactum luce foramen
Imminet: hoc uepres hoc quoq; spina tegit.
Illinc angusti calles & semita tendit
Gismundæ ad thalamum conspicuasq; fores.
Nemo hanc speluncam longæua ætate peresam
Nouerat: hæc nullis uisibus apta fuit.
Quid non cernit amor: quid non uestigat amator?
Illum deprendit fœmina prima specum.
Illud monstrat iter: carpendus flosculus illinc:
Ille est: qui tantam spirat amariciem.
Quisquis amare cupit discrimina nulla recuset
Omneq; tormentum iudicet esse leue.
Guiscardus nitidis exutis uestibus hirtum
Induitur corium præcipitatq; moras.
Impiger angustum demisso fune foramen
Intrat sublustri nocte iubente deo.
Continuo cæcas nullo comitante latebras
Exuperat. ceptis sancte cupido faue.
Tuq; uenus iuuenem: qui se tibi credit: ab omni
Eripe nunc casu subsidioq; foue.
Gismunda interea dilectum expectat amantem:
Sola tremens: inter spemq; metumq; labans.
Iam Guiscardus adest: dominam iam conspicit: & iam
Alter in alterius candida colla ruunt.

Oscula iam carpunt. iam mutua gaudia sumunt:
Illa suum dominum iam uocat: ille deam.
O fortunati natiq; fauentibus astris:
Gaudia si uobis hæc diuturna forent.
Nil homini firmum est: nulla est diuturna uoluptas.
Candida nullius it sine nube dies.
Nam dum sæpe iocos dum dulcia furta frequentant
Fortunæ in laqueos insidiasq; cadunt.
Primus furtiuum sentit Tancredus amorem:
Primus proh natae cernit adulterium.
Ingemit & magno perculsus corda dolore
Quid faciat nescit: consilioq; caret.
Tandem custodes tenebroso ponit in antro
Qui furtim egressus introitusq; notent.
Sic miser & fato natus Guiscardus iniquo
Prenditur & domini sistitur ante pedes:
Cui mox Tancredus lachrymis foedantibus ora
Dat singultatis talia uerba sonis.
Nec meate pietas nec te clæmentia: nec ius
Improbe in officio continuere pio.
Hoc cene pro meritis tantis ingratis rependis?
Ut cupias nostram commaculare domum.
Proh dolor infandum facinus scelerataq; facta
Vidi ego: nil ultra dissimulare potes.
Contra hæc Guiscardus. maius Tancrede cupido
Possidet imperium plusq; uigoris habet
Quam tu q̄ leges q̄ fas q̄ nostra uoluntas.
Is iussit. contra quis queat ire deos?
Gismonda interea tantarum nescia rerum
Inter uirgineos stat speciosa choros.
Ecce pater lachrymans turbato pectore natam
Seuocat: & soli talia solus ait
Cum tua nata mihi uirtus probitasq; fuisset
Cognita: cum mores ingeniumq; pium:
Credere te quiui nunq; committere tantum
Poffe nefas: q̄tum his uidi ego luminibus.
Tu ne pudiciciam potuisti prodere sanctam:
Et stupro corpus prostituisse tuum?
Te proter misera est atq; erumnosafenectus

Nunc mea: te propter nunc mihi uita grauis.
Quod si incesta tuo flagrabat corde libido
Nec poteras casto uiuere casta thoro
Saltem patricius saltem generosus amator
Ille foret: cui te prostituisset cupis.
Hoc est quod doleo: quod cor mihi uellicat hoc est:
quod tibi Guiscardus perfidus ille placet
Pauper uilis inops humili de sanguine natus
Qui matrem ignorat sordidus atque patrem.
Qui mihi mox meritas persoluet sanguine poenas:
Collaque carnifici qui iugulanda dabit.
De te quid statuam dubia est sententia: nutat
Mens mea: & a tantis fluctuat ista malis.
Hinc amor & pietas iram cohibere paterna
Me monet: hinc stimulat me tua nequitia.
Illa iubet ueniam tibi me indulgere: sed ista
Ut praeter genium sim truculentus atrox.
Exitus in dubio est. tu nunc exprime quid ista
In re decernas improba: scire uelim.
Talibus exarsit magno perculsa dolore
Gismunda & lachrymas uix cohibere potest.
Mox animosa uiro similis lamenta recusat
Foeminea: & uitae prodiga: certa necis
Haec patri responsa dedit. non deprecor ipsa
Nec nego quae quereris me meruisse pater.
Altera res quoniam mihi nil prodesse ualeret:
Alterane profit nec iuuet ipsa uolo.
Non ego nunc uerbis animum mulcere benignis
Quaero tuum: ueniam nec peritura rogo.
Guiscardum fateor gracilem non rustica amaui:
Et dum luce fruor nomen amabo pium.
Quod si morte carent animae: si manibus ullus
Sensus inest: huius grata erit umbra mihi.
At non uti actas mihi tam furiosa libido
quam tua segnities suasit amoris opus.
Debebas genitor calidae meminisse iuuentae
Quantaque foemineo pectore flamma calet.
Cernere debueras quod sum tibi filia mollis:

q̄ non ex ferro nata neq̄ ex fylice.
Non tantum ardet apex ætneus: flagrat olympus
Nec tantum: quantum cor iuuenile calet.
Quãq̄ puellares genuino ardore medullæ
Flagrant: quas luxus delitiæq̄ fouent.
Non potui sterilis florem fructumq̄ iuuentæ
Perdere uestalis non ego uirgo fui.
Olim experta uirum & ueneris dulcissima dona
Non queo mellitos non meminisse iocos.
Quid facerem iuuenis diues formosa puella?
Id facio: quod uel penelopea probet.
Atria complures proceres pater ampla frequentant:
Ingentes quorum conspiciuntur opes:
Ex illis fateor placuit mihi nullus amator.
Nullus guiscardo est uisus amabilior.
De quo conquereris de quo gemis: est quia pauper
Et quia maiorum stemmata nulla colit:
Nemo est crede mihi genitor laudandus ab illis
Quæ sunt fortunæ munera fluxa bonis.
Veraq̄ nobilitas non est in stemmate longo
Non in cerosis est sita imaginibus.
Vna est cunctorum prima & genitalis origo:
Omnibus est genitor iuppiter estq̄ deus.
Sola facit uirtus generosum sola beatum:
Sola potes mentes demeruisse probas.
Hæc in guiscardo tam pura & clara refulget
Ut fulget cælo cynthia sydereo.
Hunc ego dilexi: quod si pater optime turpis
Hic tibi & infamis esse uidetur amor
Tu certe in causa es. namq̄ hunc tu semper amasti.
Qui tibi charus erat: non mihi charus erit?
Est & erit charus. quod si uestigia patris
Nata sequor: debes ipse probare pater.
Guiscardus placuit: qui nobilis & generosus
Virtute effectus conspicuusq̄ uiget.
Est pauper fateor: spectat sed dedecus ad te:
Egregio qui das premia nulla uiro.
Verum nobilitas non paupertate fugatur:
Eortunæ uirtus succubuisse nequit.

Multi nunc regno clari sceptroq; potentes
Olim pauperiem sustinere grauem.
Contra mendicat uestem uictumq; precatur
Qui quondam magno floruit imperio.
Has fortuna uices præstat: nosq; admonet: ut quas
Permutant dominum despiciantur opes.
At quod in extremo nondum decreuisse fateris
De me quid statuas: ambiguusq; manes.
Illud tolle precor. nam si Guiscardus ad orcum
Mittitur atq; tuo concidit ense miser
Subsequar ipsa comes: nam fors quæcunq; misellum
Me quoq; sæua manet. mors trahet una duos.
I nunc foemineo lachrymas effundere ritu
Perge: unoq; ambos uulnere dede neci.
Talia commemorans animo Gismunda uirili
Reddidit attonitum sollicitumq; patrem.
Qui cuncta expendens tandem sic destinat: ut det
Guiscardus meritum crimine supplicium.
Acciriq; iubens fidum notumq; ministrum
Imperat ut iugulet nocte silente uirum.
Iussa facit prope seruus: qui corda reuellens
Ad dominum defert sanguinolenta truem.
Hoc cor tancredus fuluo componit in auro
Et mittit natæ dona nefanda ferus
Admonet & seruum: uerbis ut munus adornet:
Hæcq; suo ad natam nomine iussa ferat.
Hæc tibi dona parens mittit: cape gaudia: sunt hæc
Illa nimis cordi munera grata tuo.
Gaudia nam simili genitori sorte rependis:
Qui potuit bis te sospite posse mori.
Postq; Guiscardi cor lamentabile nouit
Gismunda ad famulum uersa dolenter ait.
Non aliter mitti meruit tam nobile munus.
Cordi conueniunt aurea busta pio.
Hoc solum faciso genitor quod filia laudet.
Hoc propter grates nunctibi tristis ago.
Iamq; uale: extremum hoc tibi iam moritura relinquo
Mox pateræ incumbens talia sola refert.

O dulce hospitium & gismundæ sola uoluptas
Dulcius o cunctis cor mihi diuitiis.
Dispereat qui causa fuit: qui iussit ocellis
Inuitis ut te cogerer aspicere.
Debuit esse satisq; cor te corde uidebam:
Quodq; tuæ menti mens mea iuncta fuit.
Vixisti & cursum tibi quem fortuna parauit
Explesti exutis sollicitudinibus
Iamq; tenes moetas. ad quas festina breuisq;
Vita hominum properat quadrapedante gradu.
Fuluum tancredus pater & regale sepulchrum
Iure dedit: uirtus hoc tua digna fuit.
Nil præter lachrymas nostras præterq; querelas
Heu cor dulce tuis defuit exequiis.
Nontamen his lachrymis sic dii uoluerè carebis:
Quas ego persoluam nunc tibi uita pias.
Post hæc efficiam languens ut spiritus istinc
Egrediens umbræ sit comes usq; tuæ
Te duce lustrabo loca plena silentibus umbris.
Te duce per campos ibimus elyfos.
Haud equidem dubito quin tu quoq; nostra pererres.
Tecta: & apud manes officiosus ames.
Dixerat & lachrymis pateram manantibus implet:
Quæ uelut effusæ precipitantur aquæ.
Oscula dat cordi gemebundaq; lumina cordi
Infigens largis fletibus ora rigat.
Mox siccata genas atq; exaturata dolore
Iam tremebunda suæ conscia mortis ait.
Exolui officium quod amor pietasq; requirit
Nostra: parentales struximus inferias
Dixi & exprompto quod fecerat ipsa ueneno
Ebibit impauide pocula mortifera:
Conscenditq; thorum manibus cratera retentans:
Cordeq; Guiscardi cor premit usq; suo.
Mirantur famulæ ignaræ. pars fletibus ora
Commaculat: pauet hæc: illa stupore filet.
Ast ubi iam dominæ sensim morientia membra
Aspiciunt properant flentq; docentq; patrem.
Ille repente uolat thalamumq; ingressus apertum

Iam uita natam deficiente uidet.
 Ingemit: & særo damnat sua facta: trucisq;
 Pœnitet incepti consiliiq; mali.
 Tunc oculos moribunda leuans Gismunda iacentes
 Aedidit extremos uoce labante sonos.
 Has serua genitor lachrymas ad tristia fata.
 Non fatis nostris talia conueniunt.
 Quis furor hic? defles tota quod mente petisti.
 Defles quod factum est te faciente nephas.
 Sed si ulla affectus remanet scintilla paterni:
 Et si quid patriæ iam pietatis habes.
 Te rogo sancte parens: extremum hoc munus amanti
 Concede. & natæ fac rata uota tuæ:
 Nil quoniam in uita nobis commune dedisti:
 Communi ut saltem contumulemur humo.
 Sic ait & cordi incumbens dulcissima linquit
 Lumina: thartareas mox subit umbra domos
 Regia tunc omnis lachrymis planctuq; sonoro
 Perstrepit: & tota est luctus in urbe frequens.
 Ante omnes gemitu princeps Tancredus acerbo
 Confectus natæ se superesse dolet.
 Post meritas lachrymas & post lamenta sepulchrum
 Extruit antiquæ nobilitatis opus.
 Atq; una amborum cineres componit in urna:
 Ambobusq; pias exhibet exequias.
 Exitus hic ille est miserorum & finis amantum:
 Quos amor ante diem misit in elysium.
 Discite nunc iuuenes: qui iam cæpistis amare:
 Quot gemitus præstet quot mala sæuus amor.
 Eiusdem endecasyllabon de officio scribæ.
 Ici qui cupit optimus bonorum
 d Scribarum: & uiridem tenere palmam
 Inter decurias recentiorum
 Monstrari dígito: omnibus placere:
 Sit prudens: facilis: bonus: fidelis:
 Intra pectora sanctiora condat
 Archanum sibi creditum: nec ulli
 Promat. sit modici breuisq; somni.
 Nullos difficiles putet labores.

Sit cultor domini frequens palati.
Primus uentitet: ultimus recedat.
Sit rerum ueterum ac recentiorum
Thesaurus probus: atq; litteratos
Scribat uersiculos: epistolásq;
Facundas: nitidas: breues apertas:
Crebris senficulis scaturientes:
Nullas stultitias ineptiasq;
Nulla & barbara uerba continentes.
Sit uelox manus: expedita lingua:
Quæ nunq; calamum moretur acrem.
Huic fit uita sæuera: sermo comis
Urbano sale & attico lepore
Fartus: non sine sanctitate auita
Verbosi fugiat notam malignam
Paucis expediens agenda uerbis.
Cancellarius: ut recentiori
Scribas nomine nuncupem uetustos:
Dici qui cupit & cupit uideri
Perfectissimus: omniumq; princeps:
Hic nil falsidico loquatur ore.
Nec sit polypus: aut rapax celeno.
Nummos exigat a cliente paucos
Subscribens precio leui libellos.
Nec lucrum petat inde: sed lucello
Contentus tenui paret fauorem
Maiorum sibi: pauperum: minorum.
Talis si fuerit repertus usq;
Qualem rusticulus canit libellus
Nostra hunc tempora diligent: probabunt:
Hunc & secula posteri q; dicent.

Hexasticon.

e Gregius scriba & tenuem perfectus ad unguem.
Esto bonus: prudens: impiger: assiduus
Arcani custos fidissimus: utilis urbi:
Lucrum ingens nolit: parua lucella uelit.
Sit comis fermone: stilo grauis: arte politus:
Viuidus ingenio: uiuidus & calamo.

Disticon.

Arcani custos: prudens: linguaq; politus
Et calamo facilis scribe erit eximius.

Eiusdem uir prudens.

1 Ebus in aduersis uir prudens atq; secundis
Perpetuum discet uitæ seruare tenorem.

Fortunæ instabili nusq; confidet: acerbos
Illius spernet uultus: spernetq; benignos.

Inuictus duplicem librato examine lancem
Pensabit: summumq; bonum laudabile quod sit

Credet & a sancto nunq; disiunget honesto.

Nulla libido uirum franget: summumq; malorum
Esse uoluptates cordata mente monebit.

Et quæ miratur uulgus uirtute minora

Ducens: toto animo metam spectabit ad illam

Quam fixit zeno & diuini dogmatis auctor:

Qui non expauit gelidas haurire cicutas

Delatore anyto morti damnatus iniquæ.

Nec magis ad dextram flectet flectetue sinistram.

Certa sed infiget uestigia tramite recto.

Idem culpabit quicquid mensura modusq;

Non reget at fuerint si quæ moderata probabit:

Hic uicia incusans personæ parcat. amicum

Non petet ex mensa triuiis unctaq; popina

Non petet ex lustris: sed qui præcepta Platonis

Qui cata Aristotelis callebit dogmata: in illum

Totus pronus erit: illi sua gaudia curas

Et studia & mores referabit: & omnia pandet.

Atq; anima ex una duo corpora uiuere ducet.

Semper idem uelle huic & idem quoq; nolle placebit.

In summa sapiens ad cuncta pericula fortis

Eriget indomitam mentem: nulloq; premetur:

Pondere: & a nullo raptatus turbine cedit.

Instar idumæ palmæ: quæ munere diuum

Quo magis opprimitur tanto magis exit in auras

Aethereas uictrix: & recto uertice surgit.

Epigramma ad Petrum bonum Citharedum.

i Am cædat Thamyras: iam Methymneus Arion:

Cædant threiciæ plectra canora lyrae:

Cædat & amphion Dirceus: cædat olympus.

Et Timotei docta liniq; chelis.
 Et cum Terpandro cædat crinitus ioppas:
 Blandaq; chironis barbyta nubigenæ.
 Cædat & archadicus deus: & patareus apollo
 Et lyrici uates: Thespiadumq; chorus.
 En Cytharedus adest æui noua gloria nostri.
 Petrus cognomen ex bonitate trahens.
 Hic celeri dulces percurrit pollice neruos
 Et mouet artifici mobilitate manus.
 Exprimit hic fidibus resonantia uerba canoris:
 Est testudo loquax huius in arbitrio.
 Perstringunt acies oculorum & lumina fallunt
 Petri docta manus articuliq; leues.
 Hunc post fata uolet summi regnator olympi:
 Hunc uolet infernus tartareusq; pater
 Obone ter foelix: qui post tua fata: tonantis.
 Aut Iouis elysii qui cytharedus eris.
 In cænam datam principi Bentiuolo a Mino ros
 I Vculli cænas fileat patinasq; uitelli:
 Nec non Antoni prandia prisca fides.
 Fercula pontificum nemo aut epulas saliorum
 Iactet: & albanas cæsareasq; dapes.
 Iam patina Esopi cædat: iam i luxus Apici:
 Et Ptolemeorum prodiga luxuries.
 Iam sua campani taceant conuiuia: pœnus
 Quæ sensit pœnis perniciofa suis.
 Nec medi iactent reges siculiq; tyranni
 Vana quæ sitos ambitione cibos.
 Omnia iam cædant conuiuia: prandia: cænae:
 Quæ celebrant uates: fama; cantat anus:
 Fercula sunt regum: sunt hæc ientacula diuum:
 Hæc nectar sapiunt pocula: & ambrosiam.
 Hæc nitida: hæc dubia est: hæc est lautissima cæna
 Quam gens dat genti Roscia Bentiuolæ:
 Iuppiter huic epulosi forte uocatus adest:
 Diceret: in cælis talia non habeo.
 Quod ueriores sunt imagines ex libris q̄ ex nomismatis.
 II Il præstare queunt tibi fusa nomismata plumbo:
 Nullus inest mutis usus imaginibus.

Nulla hinc utilitas: nulla est mihi crede uoluptas.
Vix oculos pascunt talia: non animum.
Quare age: cum fictis ueras mutato figuras:
Et pro plumbosis accipe chartaceas.
Est scriptis uiuax facies: & forma perennis
Magnorum regum nobiliumq; ducum:
Scriptis cæsarei proceres sanctiq; Catones
Scriptis Pompeius noscitur atq; Numa.
Hæ ueræ effigies: hæc sunt simulachra uirorum.
Hi spirant uultus: hæc monumenta uigent.
Id tibi scripta dabunt: quod nulla nominata possunt.
Sic oculos poteris pascere: sic animum.

Epithaphium accipitris.

Cecidit aeræ proles pulcherrima gentis
Occidit accipitrum gloria: splendor: honos
Vix dudum nido discesserat iste paterno.
Et uix maternos spreuerat esse cibos.
Iam formosus erat: iam fortis: & unguibus uncis
Cæperat & rostro carpere cortis aues.
Sæpe columbini foetus: & picta coturnix
Passa sub accipitre est fata cruenta gemens.
Hic domini solamen erat: cura: & leuabat.
Hic domino lusus delitiasq; dabat.
Confestim hic aderat primo clamore uocatus
Deq; manu domini norat inire dapes.
Proh dolor ecce iacet modo funere raptus acerbo:
Qui nec languoris signa pusilla dedit.
Nam subito occubuit: spectat dum feruida phœbi
Lumina: & apricus sub Ioue carpit iter.
Tu uero accipiter diri solatia fati
Hæc habe apud manes tartareasq; domos.
Quod tibi grata dolens dominus monumenta parauit.
Nec poterat tumulo nobiliore tegi.
Namq; iaces inter floresq; herbasq; uirentes:
Imminet & busto Rosmaris ecce tuo.

Laus equi cursoris.

Aedat Amycleus sonipes: & cædat Arion:
Xanthus & hirpinus: qui memorantur equi.
Cædant Eumeli Alipedes: cædatq; podarges.

Atq; omnes quosquos rumor in astra uehit.
Ocyor hic ceruis: uolucrum pernicioꝝ alis
Ocyor est uentis: fulmineaq; face.
Euolat ante omnes primus: longoq; fenescens
Subsequitur spacio quisq; secundus erit:
It leuis: atq; pedum uestigia nulla relinquit.
Pulvere nec certas imprimit ille notas.
Non opus est stimulo: crebrisq; animare flagellis:
Sponte uolat: calcar mitte: lupata tene.
At tu Bentiuole soboles clarissima gentis
Hannibal eximio uiue superbus equo.
Qui tibi sæpe dabit pulchro in certamine palmam
Ornabitq; tuas fronde uirente fores.
Philippi. Be. epi. ad magni. do. Iohã. Bentiuolũ.
Vi pedibus uolucres superabat cursibus auras
Inter cornipedes gloria barbaricos.
Confectus longo iacet hic Ciuetonius æuo
Qui domino palmam sæpe parauit equus.
Philippi Be. epi. Malatestæ Carbonesii.
Vi forma puerum maronianum
Et phœbum superabat & liæum:
Qui forma poterat puer uideri
Ideus: fieri Iouis minister.
De cuius manibus tonantis uxor
Hauisset dea poculum libenter.
Quem pallas cuperet libens maritum
Pro quo iam cybele dedisset atym:
Et myrrhæ sobolem uenus decoram:
Omnes cui cuperent placere nuptæ:
Omnis quem cuperet puella sponsum:
Heufata malatesta raptus atro
Carbonesius hoc iacet sepulchro.
Extinctus uiridi miser iuuenta
Lustris quatuor heu nefas peractis
Hos cum uerficulos leges uiator
Effusis lachrymis genas rigato
Idem.
Vi formam cytherea uenus charitesq; decorem
Singula cui superi dona dedere dei
Hic situs est fato raptus malatesta procaci

Qui nondum quintas implet olympiadas.
Non aurum non forma ualet nec flosculus æui
Votaq; lanificas exuperare deas.

Hunc genitor deflet: gens carbonesia leget.
Hunc moerent iuuenes: hunc pia turba senes.

Epithaphium Roberti Sanctoseuerinatis.

Il queror o superi lætum hoc: sic occidit Hector

Traiectus phthia pectora sæua manu.

Sic duo sciipiadae pereunt: quos hosticus ensis
Intartessiaca dat regione neci.

Sic & Marcellus cecidit: quem bella cientem
Perforat hostili lancea torta manu.

Hæc sunt fata ducum: pulchrum est cecidisse sub armis
Mors bellatori conuenit ista uiro.

Sic ego sic cecidi sed non inglorius: orbem
Implet fama mei nominis atq; polum.

Idem.

Quantus erat dextra pellides: Tullius ore:

Phillirides herbis: phœbus apollo lyra.

Carmines meonides: ladas pede: lumine lynceus:

Viribus alcides: relligione numa.

Tantus ego in bello fueram: mihi tota sub armis

Sub clypeo: galea: casside: uita fuit.

Me puerum maior & me bellona uirago

Omnia perdocuit munera militiæ.

Qualis pelleus ductor libycusq; fuerunt

Romulidæq; duces talis & ipse fui.

Dum uult supremo duri certamine martis

Sors dare me pessum: sustulit ad superos.

Finis opis. Sequitur epigramma Ascēsii ad lectores.

Nunc Beroaldinas studiosi quærite merces

Lugdunum appulsas dexteritate noua

Vix rostra optatum pulsabant ærea portum

Cum pater e puppi talia Trechsel ait

Iam satis egregiam mecum nauastis opellam

Dædalii focii: stringite uela citi

Soluite uota deo lætiq; resumite uires!

Cras uento & remis magna iteranda uis!

Impressu Lugdini Anno. M. CCCC. Y

118503111